Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Innocentii X. Hodie Pontificis Romani Bulla Adversus Cornelii Jansenii, Episcopi Quondam Iprensis ...

Civitate Liberiâ, 1653

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0001
DFG


55. 7.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10
11
Fg – 1368'–6.

Contenta.

1. Io. Georg. Dorschei Exercitatio ad Concilii Nicaeni 1. Διατύπωσιν de S. Coena.
2. ——— Collatio ad Concilium Francofurdiense.
3. ——— Collatio ad Concilium Sirmiense.
4. Io. Schmidt et Io. Georg. Dorschei Dissertationes de Augustana Confessione.
5. ——— Predigt von der Augspurgischen Confession. 2. Tim. III. 14.
6. Io. Georg. Dorschei Diss. de singularibus et mirandis Documentis Providentiae Divinae circa Aug. Conf.
7. ——— Diss. An Augustana Confessio Papam dicat Anti-Christum?
8. ——— Interpellatio ad Meditationes Iacobi Triglandii de Voluntate Dei, Gratia Vniuersali et Scientia Media.
9. ——— Index Iniquitatis contra Theologos Moguntinos.
10. ——— Anti-Cornaeus.
11. Innocentii X Bulla adversus Cornel. Lanseni Propositiones V de Gratia, eiusq. Sectatores, vna cum Defensione Belgarum contra peregrina Iudicia, et Bullae istius receptionem. Editore Numa Sedulio.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0004
DFG

INNOCENTII X.
HODIE
PONTIFICIS ROMANI
BULLA
ADVERSVS
CORNELII IANSENII, EPISCOPI
QVONDAM IPRENSIS,
Propositiones quinque de Gratiâ
Ejusque Sectatores

Unà cum

DEFENSIONE BELGARVM, CONTRA PEREGRINA IVDICIA ET BVLLÆ
istius Receptionem.

IVNCTIM EDIDIT ET DISSERTATIVNCVLAM aliaque huc facientia præmisit

NVMA SEDVLIVS Coloniensis. alias Samuel Hundius Misrensis

In Civitate Liberâ M. DC. LIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0005
DFG

Calvini sensus in ore.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn79175782X/phys_0006
DFG

LECTORI SALVTEM.

QVærerum hodie facies sit & ipsius Ecclesiæ conditio, Lector Benevole, non est ut multis hîc edisseram. Scire id ex Te poteris, si circumspicere vis, & mecum graviter dolebis, si vel aliquo publicæ rei amoris sensu afficeris. Nimirum (digitum saltem ut intendam) in quæstum fere abiit Religio & ex quo in partes miserè scissa est, non tàm cultui divino, quàm studiis hominum atque libidini destinatam eam esse perperã videmus. Hinc immania odia, turpissimas contentiones, insanas execrationum Diras, atrociſſima bella & quicquid quisque noxii confingere unquam valet, quo parti alteri ingeniosius detrahat suamque ornet, nunc pietatis nomina esse adepta cernimus. Malis moribus quomodo occurratur, vitia quâ ratione emendari, errores ut corrigi, abusus è medio tolli, superstitiones deleri, ambitio & fastus exscindi, melior disciplina restitui, sicq; si fieri posset, amor, Concordia & Vnitas inter Christianos reduci queant & stabiliri, nemo est qui contendat, qui dispiciat, qui cogitet. Vulgatæ hæc sunt nimis & proletariæ sapientiæ, nec sine periculo ubiq; possunt ventilari. Quin hæresin excitas, si his enixius incumbis.

Et hæc quidem labes longè conspectior frequentiorque apud illos apparet atq; fovetur quasi, qui summam authoritatem, sanctimoniam, Ecclesiæ gubernaculum ejusque Caput Visibile præ reliquis jactant & sibi solis vendicant. Hîc verò, & præcipuè in illis terris atq; Vrbe quoque, ubi hæ, quas dixi, maximæ res sedematque domiciliũ in æternum sibi fixisse vulgo credũtur, ingeniosa ambitio, avaritia, luxus, effrenis licentia, Simonia, excogitatissimæ cædes, impotens libido, fornicatio, adulteria, Sodomitica scelera & infandus Atheismus veluti regnum tenent, atque si non in virtutum sunt numero, inter desperata tamen mala planè habẽtur. Iis quippe animos omnium ita obtorpuisse videas, ut neque, si his medicina fieri possit, cogitatio, neque de propulsando communis rei Christianæ hostis admodum vicino impetu, serio atque constanter consilium ullum suscipiatur: Videlicet aliis eandem fidem, unius ejusdemque Salvatoris totius mundi Meritum atq; Sacramenta professis, ignominiã, paupertatem, novitatis studia, dissensiones, schismata, hæresin insolenter objectare, vitia peregrina censere, domestica, vel tegere vel

elevare, insidiari conscientiis, simplices inanibus blanditiis, eos qui exactioris sunt judicii, affectatâ benevolentiâ, speciosis pollicitationibus, immunitatibus & multis ludicris rebus aliis in partes trahere: Homini uni, eique nec satis probo semper, nec ab iis literis atque facultatibus, quibus par est Principem excellere, bene instructo cum summâ potentia & immensis bonorum temporalium possessionib⁹, in rebus quoque fidei omnem atque irrefragabilem plane authoritatem superstitiosè adstruere, & ad eam asserendam divina humana jura cuncta, summarum Majestatum pacta & sanctissimas regnorum imperiorumque constitutiones confundere, fugillare atque eversum ire: De Ecclesia (quæ inter quæstiones Vexatas non ita pridem locum reperit) subtilius disputare, quam piè credere, & tandem hæc omnia non tàm ex animo agere, quàm ad ostentationem, ambitum, libidinem suamque rem faciendam sæpissimè iis abuti; Hæc demum sunt præclara illa facinora, quibus Dei gloria atque pietatis fama hodie quæritur. His qui cluent & in illis probè exercentur, ii tandem veri Catholici, Propugnatores fidei, Ecclesiæ Patres, Patroni & mox quoque Sancti audiunt, Atque adeo

Moribus his unis *Res* stat *Romana* Virisque.

Nam quemadmodum superioribus illis seculis, quibus res perversè agi primùm cœpêre, levioribus commentis, fabulis, superstitionibus atque variis nugis incauta plebs plerumq; ducebatur, quæ postea, ut fidem his paulatim derogari deprehensum fuit, anathemata, persecutiones, inquisitionum tormina, exilia, gladius, restis, flammæ, & horrenda bella excepêre; Ita postquam neque his adeo locus hodie amplius datur & miracula imprimis, nescio quę calamitas attigit atq; in terris nostris spissa valdè fecit, in modum ut hodie veluti peregrinas merces, non nisi ex altero mundo & extremis Indiis ferè advehi ea videamus: Anathematum verò fulmina non modo non lædunt magis, sed ne terrent quidem: Inquisitio sub inquisitionem revocanda & suis quasi vinculis constringenda ipsa fuit: Bellorum denique vastitatem partim languor, partim proprii periculi metus si non eripuit, stitit saltem; vertenda aliquando scena fuit & producendæ novæ illæ artes, quibus fabula peragatur. His autem eò pulchrius rem succedere palàm est, quò majori astu & circumspectione circũferuntur. Videlicet harum ministerio novum & singulare genus Apostolorum est institutum, Missionarii qui vocantur

cantur & hactenus omnem penè Angliam, Galliam, Belgium & maximam Septentrionis partem pervagati jam quoque crebri in Germaniâ nostrâ apparent. Hi Tibi, frequenter ex re & loco vestem vultus, comam, nomen & personam mutantes, Conventibus se ingerunt, aulas circumeunt, publica Hospitia frequentant, in itineribus occurrunt, ad privatorum ædes adrepunt & ubique *demisso naso sagaci*

Vid de his peculiaris libellis Gallico Idiomate ante aliquot annos editus.

Captantes auras, muneri suo decorè præsto sunt. Peculiaria autem his imprimis duo sunt, quibꝰ præ multis aliis admodum impensè gaudent iisque uti belliſſimè didicerunt: Quorum alterum est, quòd relictis severioris artificii Disputationibus, non facilè in contentionem tecum descendunt, nec tàm obstinatè argumentis, quàm melioribus exemplis iisque omnium recentissimis rem gerunt; allegantes non solùm magno numero omnes illos, qui jam nomen apertè dederunt, quorum Catalogum ut digitos suos exactè nôrunt & in ore semper habent; sed eos præcipuè, qui ipsis inter Filios bonæ spei sunt, & quamvis non manifestè, clàm tamen secum facere, aut aliis falsò persuadent aut persuasi ineptissimè ipsi sunt. Et hunc verò in censum non sanè infimi subsellii aut vulgaris notæ homines, sed Viros præcipuos, celebres, Illustres, Principes referunt, imò quò quis excellentior opportuniorq; iis videtur, eò procacius illum traducunt &, utut conciliare sibi nequeunt, saltem suis suspectum invisumque reddere, atque vel ita nocere callidè studeant; Id quod eo minore labore sæpe consequuntur, quòd, quæ seculi est perversitas ejusmodi illusiones atque calumniæ facilius locum hodiè inveniunt apud eos quoque, qui his obviam ire maximè debebant. Alterum est, quod, si quempiam aliquibus fortassè doctrinæ articulis, de quibꝰ controversa est, adsensum suum ut præbeat, induci posse aut dubitant aut planè desperant, oppidò libenter illi de viâ decedunt, omnia ejus arbitrio permittunt, fidei privilegia offerunt & ipsam dispensationem Pontificiam perliberaliter evestigiò dispensant. Anathemata si obstant? ea argutè eludunt, nec tam in hos, qui intra Ecclesiam sunt, quàm adversus hæreticos & Ecclesiæ hostes illa promulgata esse protervè asserunt. Quib. quidem capturæ generib. ficuti haud paucos irretiri atq; Romanæ sedi mancipari experientia testatur: Ita illa ex vetere fieri instituto & sanctitati priscæ convenire, meritò quis negaverit. De priore enim, quatenus nimirum dolosâ

fictione veritati imponitur utpote per se illicitis & penitus intolerabili, ut nihil dicam: certè licētia illa, nescio an in rem facere quicquam possit. Aut enim ii, qui ita pellici se passi sunt, immunitatibus istis, de quibus convenerat, atq; exemptionib. (sic enim postquam in commercio quasi esse religio & de eâ veluti ex lege transigi cepit loqui fas erit) plenè atque reapse gaudent, Et sic fieri non potest, quin reliquis, qui omnia hæc veluti summè necessaria & salutifera ab ineunte ætate tenuerunt, atque, donec aliter informentur, mordicus tenenda usque credunt, maximum scandalum præbeant: Aut idem planè cum his sese sentire atque statuere vel saltem præ se ferre, uti plerumque fit, coguntur, & sic propriæ conscientiæ, quæ nec jocum nec fucum fert vim faciunt indeq; in omnis religionis cultusque divini contemptum admodum proclivis est lapsus. Sed in hæc prolixius inquirere neque instituti jam, neq; fori nostri est. Ea quæ hactenus diximus, in hunc saltem finem adducta sunt, ut appareat, quàm pravè de re Christiana agatur apud illos, qui de summis in eam studiis vel maximè gloriantur, iisque brevi in castra sua universum quasi mundum compelli posse, ridiculè somniant & modo non triūphum canunt ante Victoriam; Non respicientes quanta suis à tergo cervicibus tempestas immineat, & quò tandem insana omnia turbandi libido eos sit adactura. Dum enim funestis istiusmodi contentionibus supplantare alios improbè nituntur, dumque omnis pietatis conatus non nisi in aliorum perniciem paratur & ii imprimis, qui in universam Ecclesiam omne sibi imperium arrogant, nihil aliud præter hoc agunt: vel quod animo suo id lubet maximè, vel quod corroborandæ potentiæ reiq; propriæ augendæ, quæ in oculis ipsis nunquam non est, conducere imprimis videtur; interim Ilium capitur, juratusque Christiani nominis hostis impunè grassatur & ferè portis obequitat.

Nec verò domi quoq; omnia ita bellè se habent, atq; consummata illa, quam aliis undique fastidiosè ostentant, hierarchia & consensio semper recto adeo talo consistit; id quod vel ex hoc ipso, qui præmanibus est, libello abundè patebit; Eo enim contra eundem Ecclesiæ gubernandæ depravatum modum, qui nemini non gravis est, & Pontificiæ authoritatis in decidendâ nuper ortâ Ianseniana Controversiâ, insignem enormitatem & Sua & Provinciæ Iura eruditè & masculè defensum vindicatumque eunt Belgij Episcopi: imitantes

hac

hac in re non tantum hujus noſtri, ſed multorum retrò ſeculorum tot tantorum illuſtrium Virorum in cauſis Reipublicæ Venetæ, multorum Angliæ & Galliæ Regum, nec non ipſorum maximorum Imperatorum, quos enarrare longũ foret, ab eâdem Romanæ Curiæ petulantiâ indignè laborantibus, æternâ cũlaude navatam eximiam operam; Hunc igitur, cùm ne is, ſicuti aſſolet, extemplò opprimeretur atque eriperetur uſui tuo, periculum eſſet, Optime Lector, viſum fuit denuò prælo ſubjicere & tecum communicare. De ipſo autem negotio ut aliquantò plenius Tibi conſtaret, ea, quę de ipſius Ianſenii vitâ & Occaſione atque Progreſſu ejuſdem controverſiæ hinc inde obſervata excerptaque fuêre nobis, (nec enim ijs quæ noſtra non ſunt ornari volumus) breviter hîc præmittere placuit.

De Controverſia Ianſenianâ brevis Narratio.

Quanta animorum contentione quantaq; vi multis ab annis inter Dominicanos & Franciſcanos agitata ſit controverſia *De immaculatâ B. Virginis conceptione* ignorare, opinor, nemo poteſt: tot ab utraq; parte Scriptis editis, quib. illi Magiſtrum ſuum Scotum, affirmativam: hi Thoman ſequuti, contrariã ſententiam tueri laborant. Huic rei liberè diſceptãdę Sixtus IV. Pontifex licentiam utrinq; permiſit. Affirmativæ verò Concilia Baſilienſe & Tridentinum poſtea adſtipulata ſunt, nũ tamen acquieſcentibus Thomiſtis, qui hodieq; de opinione ſuâ vehementer contendunt. Hanc, proculdubio occaſione inde acceptâ, ſuperiore ſeculo alia excepit Ieſuitas inter & eosdem Domini canos *de Arbitrii humani Viribus*, *de Scientiâ Dei mediâ inter naturalem*, quam vocant, *indetermina tam & ſimplicis intelligentiæ*, & *inter determinatam, intuitivam ſeu Viſionis*. Pro ſcientiâ mediâ & Viribus humanis è Ieſuitarum claſſe præcipuè pugnârunt, Molina, Leſſius, Suarezius, Gregorius de Valentia Becanus & quamplures illius Ordinis alii. Quibus ab alterâ parte Alvarez Matthias de Rispolis, Cumel eorumque complices, hinc inde in lucem emiſſis variis voluminibus, acriter contradixêrunt. Cum his poſtremis conſpirant hodierni quoque Ianſenitæ & eandem ſerram reciprocant, Vnde iidem antagoniſtæ Ianſenitarum *à Molinâ*, præcipuo illorum Capite, *Moliniſtæ* quoque audiunt.

Neque enim, quæ à Ianſenitis hodie diſputantur, cum Ianſenio primùm cæpêre, ſed jam ſuperiori quoque ſeculo *à Michaele Bajo*

Belgâ

Belgâ Lovaniensis Academiæ Theologo & Professore publico originem habent: Vnde eidem Ianſenitæ *Bajani* quoque indigetantur. Fuit hic Magnæ existimationis Vir & à Philippo II. Hiſpaniar. Rege unà cum *Cornelio Ianſenio* Hulſtenſi, qui aliquot multos annos ante Hunc noſtrum Lovanii quoq; docuit, & *Ioanne Heſſelio* ad Conciliũ Tridentinum miſſus. *Vbi*, verba ſunt Valerii Andreæ, *ad Illum velut ad Oraculum itum eſt, tantà erat ingenii celeritate, judicii profunditate, doctrinæ excellentia! &c. In ſacrarum literarum Profeſſione, in Patrum lectione aſſiduus erat, è quibus cum clariſſimum illud ſidus D. Auguſtinum nonies totum attentè legiſſet, invenit tamen ſemper, quod ruminaretur.* Laudat illum etiam, quod mireris, Posseuinus, utut contrariæ factionis, in Apparatu ſuo ſacro, & enumeratis ordine ſcriptis ejus in fine addit: *A Pio tamen V. & à Gregorio XIII. Pont. Maxim. quædam ejus opiniones reprobatæ ſunt. Vide autem Cardin. Bellarminum lib. 1. de Purgatorio c. 10. &c. ejus quædam expendentem;* Pergit deinde: *Sed & quod Præpoſiti Generales Societatis noſtræ nos monuerunt, id ego hujus Apparatus occaſione non puto aliis eſſe denegandum. Sic autem habent admonitio & illorum Pontificum diplomata. Quo magis noſtrorum doctrinæ ſecuritati conſulatur, operæ pretium fuit hic etiam ſubjicere Pii V. & Gregorii XIII. Bullam nondum ſatis omnibus notam ac pervulgatam, quâ nonnullæ cujusdam Doctoris Lovanienſis propoſitiones damnantur, &c.* Poſtea Bullæ tenorem annectit, in quâ novem & ſeptuaginta Propoſitiones referuntur & damnantur his quidem verbis: *Quas ſententias ſtricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, in rigore & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento, hæreticas erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas &c. damnamus, circumſcribimus, abolemus &c.*

Hanc autem Bullam eſſe publicatam non aſſerit: Sed illam Pium concepiſſe ſaltem, & Succeſſorem Gregorium ex ipſius regiſtro deſcribi curaſſe, patet ex Bullæ principio. Sed nos ad rem redimus: His Ducibus cum ſic utrinque acies inſtructæ eſſent & variè depræliarentur, concitatis indies magis, magisque animis auctisque copiis obortum eſt diuturnum illud quod à reipſa nomen hodieq; habet, *Bellum de Auxiliis:* Cui ſopiendo demum, cùm in immenſum excreſceret, inſtituta fuit ſuperiori ſeculo paucis à Cõcilio Tridentino

annis

annis peculiaris Cardinalium aliquot Congregatio, ut loquuntur, quæ & ipsa Cõgregatio de Auxiliis vulgò dicitur. Sed nec hæc quicquam huic malo adferre auxilii hactenus potuit, variè in utramque partem affectis animis, & quibusdam huic quibusdam alteri, uti mores sunt, aurem præbentibus. Quin nec ipsis Pontificibus omnibus idem de hoc negotio sentientibus. Nam à Pio V. & Gregorio XIII. quos modò memoravimus, planè diversum statuisse Clementem VIII. ex ipsius verbis Guilielmus de Gibieuffe Ordin. Orat. Presbyter & Doctor Sorbonicus in libello Anno 1652. Parisijs excuso, & Papæ Vrbano VIII. dicato, (quem Thomas Mortonus Episcop. Dunelmensis in suis de Pace Eccles. rationib. citat) satis demonstrat. Sic autem habent verba: *Summa est, totam eam doctrinam ad normam doctrinæ S. Augustini de gratia astringi debere, eundem Augustinum Ducem agnoscendum esse atque sequendum: propterea quia S. ille Vir nihil videtur prætermisisse eorum, quæ ad præsentes controversias pertinent, & quoniam multi Prædecessores nostri* (inquit Pontifex) *Doctrinæ Augustini de Gratiâ tam acres fuerunt Assertores & Vindices, ut eam quasi hæreditario Iure relinqui in Ecclesiâ voluerint, æquum non est, ut patiar illam hâc hæreditate privari &c.* Vnde factum ut nihil hactenus decisum hac super re fuisse reperiatur.

Bajo illi tanquam Præceptori suo successit & in Doctrinâ & in Officio Iacobus Ianssonius Amsteldamensis, Vir magni nominis & scriptis clarus, quibus tamen quantum potuit, cavit, ne quid hujus dogmatis tangeret; territus proculdubio exemplo Præceptoris, quẽ in duorũ Pontificum censuram incurrisse audivimus. Elogium autem ei insigne perhibet idem Antonius Possevinus his verbis: *Dictio in hoc scriptore commoda est, qui quod ad scribendi rationem attinet, ferit medium nimirum ne concisior, neve laxior sit, sensu nitens literali, reliquos non omittens.* Vbi & scripta ejus recenset, nullâ mentione factâ discrepantis opinionis, quemadmodum etiam nec Miræus in Bibloth. Scriptorum Eccleiast. nec Swertius in Athenis Belgicis, quorum uterque eum laudat, quicquam de illâ scriptum reliquerunt. Sed & Vitam & edita scripta hæc aliquanto accuratius refert Valerius Andreas in Bibliothecâ suâ, ubi in fine hæc verba habẽtur: *Obiit Anno Domini M. DC. XXV. ætatis LXXXIII. non sine sanctitatis opinione, depositus in Sacello Collegii cui præfuerat, ad latus*

 sinistrum

siniſtrum MICHAELIS BAJI, *ut quos idem pietatis & doctrinæ Spiritus fecerat conjunctiſſimos, tumulus non divideret.*

Hunc Præceptorem nactus *Cornelius Ianſenius*, quo de nunc agimus, Leerdamenſis Batavus, Ordinis Præmonſtratenſium & Yprenſis Epiſcopus, & proculdubio ex ipſo hauſit hujus doctrinæ ſemina, quã poſtmodum tam largo proventu per Galliam, Belgium longè latèque diſperſit, ut ab eo nomen hodie ſortita ſit. Id quod idem Valerius Andreas innuit, cum de eo ſic ſcribit: *Pari felicitate palæſtræ deinde Theologicæ nomen dedit, hæſitque lateri Iacobi Ianſenii gentilis ſui, Viri in omni pietatis ac ſcientiæ genere verè eximii, quem ut Parentem obſervabat, & apud quem penè filii loco erat:* Sed integram vitam ab illo deſcriptam poſtea dabimus, ut de re omni uberius cognoſcere lector poſſit. Quo autem loco Hic apud ſuos fuerit, non ſolum ex iſtâ recenſione ejus vitæ, ſed etiam ex primâ Apologiâ pro eodem Anno 1644. Pariſiis editâ, ut manifeſtum eſſe poteſt; In eâ enim, *Lumẽ Doctorum, Epiſcoporum Speculum et Exemplũ pietatis fuiſſe perhibetur. Qui viſus ſit*, verba ſunt ipſius Apologiſtæ, *tanquam Angelus terrenus, animo ſemper in cælo verſatus, Quique ita vixerit, ut ab omnibus qui notitiam ejus habuerunt, Sanctus fuerit habitus &c.* Hic A. C. M. DC. XXXVIII. Diem ſuum obiens, præter ſcripta alia jam dum ipſo vivo publici juris facta reliquit ingens Volumen, cui Titulus eſt *Auguſtinus*, & in eo doctrinam DE GRATIA DEI ex mente D. Auguſtini prolixè aſſeruit; quod poſtea III. Tom. diſtinctum A. C. M. DC. XL. Pariſiis impreſſum, & à quam plurimis Cordatioribus Pontificiis magno cum applauſu exceptum, variisque elogiis & adprobationibus, priori Tomo præmiſſis, ornatum ſuit. *Opus*, refero Ianſeniticæ ſocietatis verba, *Admirandum, ævi noſtri miraculum, ac duorum ſupra viginti annorum ſpatio labore indefeſſo elucubratum*; Simul ac verò liber in publicum prodiit, ſtatim *bellum* illud *auxiliare* aliquamdiu hactenus compreſſum, iterum exarſit, magnis animis Ianſenio occurrentibus quamplurimis, & præcipuè ex Ieſuitarum ordine, PETAVIO, RIPALDA, BRISACERIO aliisque; resque longè vehementiore conatu geſta eſt, quàm antea; tàm variis hinc inde atq; diverſis editis Voluminibus, quàm, pro ſeculi genio, numeroſis factionibus, cantilenis, probris, cõvitiis, Paſquillis & libellis criminatoriis, cujus generis in Galliâ in primis, ex indole gentis, quàmplurima emanârunt. Quibus Ianſenius

ejusque

ejusque suffraganei, Calvinisticæ conspirationis; schismatis, hæreseos, insimulantur & excommunicati, desperati, Sacramentarii, phantastici, filii impœnitentes, fatuæ Virgines, ac quæ sunt dicteria quamplurima alia, quibus nec ipsi Sorbonæ nec Academiæ Lovaniensi parcitur, publicè proclamantur; Cujus exemplum ex Brisacerii Patris & Rectoris Blæsacensium Iesuitarum Ianseniſmo refutato adducere sufficiat: In illo autem is Callaphanum Irlandum, Theologiæ in Acad. Parisiensi Doctorem, Diaboli Pontificem & Portam Inferni appellare & præter mendicitatem, & ignobilitatem, proditoris quoque & Excommunicati nomẽ ei objectare non est veritus. Cui tamen alio scripto Gallico idiomate nuper evulgato responderunt, & mendacii atq; falsi criminis notam impegerunt alteri. Præter quinque istas Propositiones verò, quas Bulla Pontificia continet, Ianseniſtæ quoque accusantur, quod indulgentias tollant (quia Gratiæ omnia tribuunt) quod Papam, ejusque decreta atque Potestatem naucifaciant, quod communionem atque Confessionem contemnant, quod invocationem S. Virginis ejusdemque horas quodque globulos Oratorios spernant, & quæ ipsis imputantur infinita alia; adeò ut sicuti hactenus Ecclesiæ Pontif. gremio excluſi fuerunt cum Lutheranis & Calviniſtis omnes illi, qui Papali omnipotentiæ cervices submittere detrectârunt: Ita jam eò rem perductam videamus, ut Ecclesiæ καθολικῆς Romanæ jus soli Iesuitæ, quique cum illis faciunt, sibi ambiant, & Ianseniſtas ab hac communione penitùs arceant, prout ex Brisacerii aliorumque sermonibus videre est. Neque ab alterâ verò parte Iesuitarum factioni Ianseniſanæ cohortes mitiores multò sunt, conquerentes non solùm & expostulantes cùm illis; quod horridis Philosophorum Sentibus & Sophisticis argutiis intricata sit veritas, Quodque in Pelagianorum, Semipelagianorum, Samosatensium & Arminianorũ erroribus turpiter immersi Iesuitæ horrenda quamplurima dogmata producant & Scripturæ clarissima dicta pro lubitu nequiter convellant; Sed & præter supra commemoratos; Richardum, Adamum, Caussinum, Veronem, Iuonem, Fulliensem Idealem, manifesti falsi; Baunum verò, Celotum Nouëtum, Heraldum hæreseos & publicæ improbitatis apertè reos faciunt atque damnant. Neq; inter Eruditos modo intraque scholarum septa agitata hæc sunt, sed in plebeorum, Circulos, templorum ambones & ipsas Tonstrinas usque promanârunt;

De quibus querelam Ianseniſtarum vide in lib. Cui titulus. Reſponce à un Sermon prononcè par le P. Briſacier Ieſuite, le 29. Mars. 1651.

Vid. præfat. Manualis Catholicorũ.

nârunt; excitatis ex Belgis, Gallis, Italis, atque Hiſpanis haud certè paucis, qui quà ore quà ſcripto nec non ſumptibus etiam, cauſam hanc juvârunt. Et Scriptorum quidem peculiaris index impreſſus atq; Manuali Catholicorum ab ipſis Ianſenitis publicato annexus eſt. Quorum editioni procurandæ magnam vim pecuniæ collatam fuiſſe Miniſter quidam, Regis Hiſpaniæ, Romæ in Diario ſuo, quod ſingulis ſeptimanis de Rebus Romanæ curiæ ex Vrbe transmittitur annotavit; ex cujus authographo in menſe Septemb. 1650. quod videre mihi licuit, hæc verba exſcripſi: *Incommincia dar penſieri la Controverſia Ianſeniana, prendendo piede in Francia è ſtando per queſta la maggior parte de Veſcovi di quel Regno: ove ſono depoſitati 200000. Scudi per far iſtampar tutto quello que verrà ſcritto per queſta opinione. Coſa che potrà cagionare turbulenze grande:* quæ latinè ſic leges: *Non parum curæ præbere hîc incipit Ianſeniana Controverſia, quæ pedem in Galliis fixit ſibique addictam habet majorem partem Epiſcoporum illius regni: Vbi 200000. Scutatorum deſtinata ſunt impreſſioni omnium illorum ſcriptorum, quæ pro hâc opinione faciunt: Res certè magnis excitandis motibus apta.*

Porro præter eos qui Ianſenitarum nomine expreſsè veniunt, ex Reformatis quoque, qui hodie vocantur, non pauci eorum caſtra ſequuntur, cauſam hanc planè ſuam facientes; quemadmodum ex variis Mareſii Profeſſoris Græningenſis, & multorum aliorum ſcriptis, inprimis autem ex Oratione cujuſdam HENRICI OTTII apud Tigurinos rei ſacræ Miniſtri, unde non pauca hauſi, perſpicuum eſt.

Iam cùm in eo loco res utrobique eſſet, ut maximum periculum imminere videretur; libelli A. C. M. DC. L. à Curione Parocho & Theologo Pariſienſi, ut putatur, in lucem emiſſi, ſub Titulo Catechiſmi Gratiæ, quo universâ Ianſenii doctrinâ paucis pagellis complexus eſt author, & publicationis certarum formularum precatoriarũ pro impetrandâ gratiâ divinâ qualem Ianſenitę profitentur, arreptâ occaſione, promulgata tandem fuit Bulla Papalis, quâ non ſolùm his, ſed etiam hujus generis omnibus aliis libellis, ab utraque parte editis interdicitur, de re autem ipsâ nihil præterea decernitur. Huic Mandato Mechlinienſis Archiepiſcopus cum reliquis Epiſcopis & Provinciæ Generalibus aliud ſtatim oppoſuit, idque templorum valvis publicè affigi curâvit; Quo Bullam Pontificiam Ob-

& Sub-

& Subreptionis, ſicuti loquuntur, arguunt illi: Et cur locum habere non poſſit, rationes ſuas diſertè exponunt. Quod ægrè ferens Pontifex cum omnibus qui Ianſenitis malè cupiebant, priori ſurrogata fuit ſequente A.C. M. DC. LI. mox alia Pontificis Conſtitutio, quæ eandem cum illâ ſortem nacta eſt. Interim eodem anno Doctrina illa etiam Verduni à Gongregationis Veteris Regulæ S. Norberti Præmonſtratenſium Ordinis Capitulo, nec non à Noionenſi Epiſcopo publico edicto prohibetur; Tandemque Anno ſuperiore M. DC. LII. Romam ex Academia Sorbonica Pariſiis ablegati ſunt aliquot Doctores, qui Pontificis expreſſiorem Sente ntiam hâc ſuper re exquirerent; Quorũ adventus fama cùm ad Vrbem eſſet perlata, de eo ſic refert in Diario ſuo menſis Octobris M. DC. LI. Hiſpanicus ille miniſter; quem ſupra allegavimus: *Penſiero non poco da alla Congregatione de S. Offizio la venuta che s'aſpetta dagli Dottori della Sorbona, come che portano dubbii ſopra l'infallibile aſſiſtenza dello Spirito Santo al Papa: che à proporgli ſono heretici. E prendere coſtoro à caſtigarli ſerà coſa di non poco pericolo: Multum negotii faceſſit*, inquit, *Congregationi S. Officii adventus, qui brevi expectatur, quorundam Doctorum Sorbonicorum; utpotè qui dubia quædam afferre dicuntur de Spiritus Sancti Infallibili aſſiſtentiâ Pontifici Romano; quæſi proponent, hæretici certè ſunt; & capere illos, ut caſtigentur, res erit magnæ aleæ.*

Hi verò ut Romam tãdem pervenêre ſuumque deſiderium expoſuêre Pontifici, diſquirendæ rei iſti Cõgregatio quorundam Cardinaliũ inſtituta eſt ex more. Qui dũ hoc in negotio maximè laborabant & res, quorſum ſit evaſura, nondum apparebat, interim Pariſiis Sorbona ad Cyclopici cujusdam Monachi librum contra Ianſenitas confarcinatum cenſendum, congregata fuit; quod præſentiens Ieſuitarum factio per Patrem Polinum, Ordinar. Reg. Majeſt. Confeſſionariũ literas Regio ſigillo munitas confeſtim impetravit, quibus publicatione hujus cenſuræ interdicebantur Sorboniſtæ. Sed hanc Ieſuitarum ſagacem induſtriam, miro artificio eluſit Vrbis Archiepiſcopus, atque è veſtigio antequam Regis mandatum & ipſe acciperet, in omibus Vrbis partibus edictum affigi ſuo nomine curavit, quo legere iſtius Monachi librum, ut & vendere & imprimere, ſub excommunicationis pœna prohibuit; Cui edicto poſtea Regis quoq; & Parlamenti aſſenſus acceſſit. Romæ verò poſt longã

hæsitationem præter omnium spem & opinionem, qualia hodiè multa ibi eveniunt, superiore æstate Pontifex Bullam illam, quam hîc damus, tandem publicavit; indeq; confestim nata est Apologia ista, quam Belgæ huic opposuêrunt. In quâ quàm cautè atque prudenter rem suam agant, facilè animadvertes. Nos, lector amice, exponere hæc Tibi optimo animo voluimus, non dubitantes, quin nostrum hoc studiũ Tibi probari maximè possit. Tu pro Tua æquitate hinc ipse judicium feres; Quàm bene credatur hodie illis, qui incredibilis Romanæ Ecclesiæ Vnitatis atque Consensus, ut & Pontificiæ Summæ Authoritatis atque infallibilitatis persuasione nemini non fucum facere haud erubescunt. Cæterùm si quid fortè occurret hîc, quod majorem acurationẽ requirere videri posset, excusabit id modestia Tua & nimiæ festinationi, quâ urgebamur, tribuet. Tumultuaria enim ferè hæc nobis opera fuit, nec commoditas omnia relegendi, data est. His Vale atque mecum Deum precare, ut Veritatis fons, in Veritatis Viâ nos omnes ducere clemẽtissime velit.

Sequitur jam, quam supra promiseram,

Vita CORNELII IANSENII Episcopi olim Iprensis, Descripta ex Valerii Andreæ Bibliothecâ Belgicâ, adprobatione publicâ Apostolici & Regii Censoris Librorum, A.C. M.DC.XLIII. editâ;

CORNELIUS IANSENIUS, Leerdamensis, apud Batavos honestis Catholicisque natus parentibus anno Dom. CIↃ. IↃ. LXXXV. die SS. Simoni & Iudæ sacro, ab ipsa prope infantia specimen memoriæ atque ingenii singularis exhibuit. Nam Vltrajecti iis dans operam artibus, quibus erudiri atq; informari ad humanitatem puerilis solet ætas, ceteros longo post se relinquens intervallo, eorum ipse velut dux ac præceptor ad summa quæq; properabat. Missusq; inde Lovanium ad Gymnasium, quod ab insigni domus nomen Falconis retinuit, disciplinis Philosophicis ita gnaviter feliciterque incubuit, ut, studii biennalis decurso stadio, anno CIↃ. IↃC. IV. ceteris commilitonibus, in Academico IV. Pædagogiorum concursu, ingenii palmam, ac prærogativam loci facilè præripuerit. Pari felicitate palæstræ deinde Theologicæ nomen dedit, hæsitque lateri *Iacobi Ianssonii*, gentilis sui, viri in omni pietatis ac scientiæ genere verè eximii; quem ut parentem observabat, & apud quem pænè filii loco erat: Hinc, cùm ex pertinaci studio tabis periculum esset, Medicis suaden-

suadentibus, ut solum Lovanienſe ſubtilius ad tempus ſaltem mutaret, viſendæ Galliæ cupido inceſſit, tum valetudinis, tum etiam ingenii ampliùs excolendi ac linguarum potiſſimùm cauſsâ, & Lutetię Pariſiorum, in celeberrimo illo ſcientiarum Artiumque omnium theatro, aliiſque Galliæ Academiis, annos ipſos duodecim verſatus fuit, vimque illam ingenii ſui omnibus palàm notam fecit, ac plerorumque in ſe ſtudia animosque convertit, mirantium & quærentium identidem, unde, quis, qualiſve Theologus ille eſſet *Ianſenius*. Lovanium velut poſtliminio reverſus, ac ſupremo in Sacra Theologia Magiſterii titulo an. CIↃ. IↃC. XVII. donatus, Profeſſorque Ordinarius ſuffragiis S. P. Q. Lovanienſis nominatus, brevi quoque tempore eam de ſe opinionem apud Academicos omnes excitavit, ut præ *Ianſenio* alius magis idoneus non fuerit judicatus, qui nomine ejuſdem Academiæ bis Legatus in Hiſpanias mitteretur. Vbi quâ prudentiâ ac dexteritate ſeſe geſſerit, tum apud Regem Catholicum, tum in Academiis Salmanticenſi ac Valliſoletana, feliciſſimus utriuſque Legationis eventus docuit. Anno CIↃ. IↃC. XXX. ad ſacrarum litterarum Profeſſionem Regiis auſpiciis promotus fuit, indeque quinto pòſtanno ad Cathedram Iprenſem nominatus, nimirùm eodem die, quo natus, ac vertente anno ſimiliter eodem die in Epiſcopum conſecratus, annum tunc agens primum ſupra quinquageſimum. Verùm ut ſunt fluxæ ac caducæ res humanæ, vix anno cum dimidio in ea dignitate exacto, digniſſimus ille vitâ longiori Præſul cum ſumma omnium conſternatione ac mœrore extinguitur, anno CIↃ. IↃC. XXXVIII. Prid. Nonas Maii. Vir certè fuit, ut de ceteris ejus virtutibus, de pietate ac religione in Deum, de vitæ modeſtia, morumque diſciplina, comitate atque affabilitate nihil dicam, vel maximè prudentiâ conſpicuus; quippe qui hoc unum in primis cavebat, ne ageret vel loqueretur quidpiam, quod aut reprehenſum aut revocatum optaret. Certabat in illo fœcundiſſimo ſcientiæ omnifariæ pectore ingenium cum judicio, labor cum induſtria conſtantiaque; ut qui nullum ſibi labi aut perire temp° pateretur, quo non aut legeret, aut notaret, aut diſceret aliquid, at ſummũ quinas aut quaternas, ſæpè etiam pauciores, horas ſomno indulgere ſolitus. Vnum ferè è SS. Patribus vitæ ſuæ ducem ſtudiorumque magiſtrum, ſanctum delegerat AUGUSTINUM; cujus opera omnia ferè *decies*, libros verò de Gratia divina & libero arbitrio pluſquam *tricies* à capite ad

te ad calcem, decerptis & in adversaria per classes distributis, quæ in rem videbantur, evolverat, attestante hoc de eo *Liberto Fromondo*, S. Theol. Doct. & *Ianseniii* in Lovaniensi cathedra successore (quem ferè unicum Lovanii in interioris admissionis amicis habuit) dum præfatur ad crisin suam, quam reposuit Causæ Desperatæ *Gisb. Voetii* pro eodem *Ianseniio*, & in Synopsi Vitæ, quam Augustino Ianseniano præmisit, &c. *De eodem Ianseniio*

Excerpta ex Epistolâ quâdam Româ nuper missâ Italico Idiomate.

FV Gianseniio predetto di natione Olandese, e di conditione assai mediocre allevato però in Lovanio della Fiandra, & in quella si celebre universitâ alli studii e della filosofia e Theologia palesò ben tosto la nobiltà, che intrinseca custodiva di un vivacissimo intelletto, unde andato sene in Francia si strinse ben tosto in confidentissima amicitia con Guibert prete dell' Oratorio, e con l' Abbe di S. Cirano, ambi versati nella Theologia, procurò unito con quelli di mantenere le propositioni appresso dirô.

Tornato sene poscia in Fiandra scrisse in favore de Spagnuoli un libretto eruditissimo intitolato Mars Gallicus, per consideratione del quale fu fatto Vescovo della Citta d' Ipra nella medesima Fiandra, nella cui dignità essendo vissuto duoi anni prima di morire che sequi l' anno 1638. raccõmandò à duoi suoi amici dottori di Lovanio chiamati Caleno e Fromondo, che facessero publicare le già fatte fatighe in Francia, consistenti nel libro che Intitolato Augustinus Ianseniii, dove tratta della Gratia, è cerca di provare con autorità di S. Agostino nel trattato contro i Pelagiani (che il tutto attribuivano ad effetto di natura) le sequenti propositioni, che ho detto da alcuni præsentemente abbracciate.

Latinè sic habent,

FVit Ianseniius natione Hollandus conditionis admodum mediocris, educatus verò Lovanii in Flandria, quâ in Academiâ adeo celebri, in Theologia & Philosophia studiis vivacissimi ingenii innatam sibi prænobilem indolem maturè & abundè ostendit. Profectus hinc in Gallias arctissima amicitiâ sibi confestim obstrinxit Guibertum Sacerdotem Oratorii & Abbatem S. Cirani, utrumque in Theologia versatissimum cum quibus junctim statuit defendere propositiones suas quas deinceps referam.

In Flandriam Reversus scripsit in Hispanorum favorem eruditissimum libellum, cui Titulus: Mars Gallicus. ejusque respectu post favus est Episcopus Civitatis Iprensis in eâdem Flandriâ, in quâ dignitate duos annos vixit. Obiens autem Anno 1638. injunxit duobus suis Amicis, Doctoribus Lovaniensibus, Caleno & Fromondo, ut opus suum edi curarent jamdum absolutum in Galliis, inscriptumque Augustinus Ianseniii, in quo agit de Gratia & authoritate S. Augustini ex libro quem Contra Pelagianos scripsit, qui omnia tribuebant naturæ viribus, Propositiones istas quas hodie sectari quosdam dixi, nititur probare.

SANCTIS-

Sanctißimi in Christo Patris
ac D. N. D.

INNOCENTII
Divina Providentia Papæ X.

Constitutio, qua declarantur & definiuntur, quinque propositiones in materia fidei,

Romæ ex Typographia Rever. Cameræ Apostolicæ, 1653.

Innocentius Episcopus Servus Servorum DEI Universis Christi fidelibus salutem & Apostolicam benedictionem.

CUM occasione impressionis libri, cui titulus, Augustinus Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, inter alias eius opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis controversia super quinque ex illis, complures Galliarum Episcopi apud Nos institerunt, ut easdem propositiones Nobis obla-

tas expenderemus, ac de unaquaque earum certam & perspicuam ferremus Sententiam.

Tenor verò præfatarum propositionum est prout sequitur.

I. Prima: Antiqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus & conantibus secundum præsentes quas habent vires; sunt impossibilia, deest quoque illis gratia qua possibilia fiant.

II. Secunda: Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

III. Tertia: Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à Coactione.

IV. Quarta Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

V. Quinta semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse.

Nos, quibus inter multiplices curas quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa imprimis cordi est,

est, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare & tanquam navis in tranquillo Mari sedatis omnium tempestatum fluctibus ac procellis securè navigare & ad optatum Salutis portum pervenire possit, pro rei gravitate coràm aliquibus S. R. E. Cardinalibus, ad id specialiter sæpius congregatis; à pluribus in S. Theologia Magistris easdem V. Propositiones, ut supra, nobis oblatas, fecimus singulatim diligenter examinare eorumque suffragia tum voce tum Scripto relata maturè consideravimus, eosdemque magistros variis coram nobis actis congregationibus prolixè super eisdem ac super earum qualibet differentes audivimus.

Cum ab initio huiuscemodi discussionis ad divinum implorandum auxilium multorum Christi fidelium preces, tum privatim, tum publicè indixissemus, postmodum iteratis eisdem ferventius ac per nos sollicitè imploratâ S. Spiritûs assistentiâ, tandem divino numine favente ad infra scriptam devenimus declarationem & definitionem.

Primam prædictarum propositionum: Aliqua Dei præcepta hominibus iustis, volentibus & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant: Temerariam, Impiam, Blasphemam, ana-

thematé damnatam & Hæreticam declaramus & uti talem damnamus.

Secundam: Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ nunquam reſtituitur: Hæreticam declaramus & uti talem damnamus.

Tertiam: Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſsitate ſed ſufficit libertas à Coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quartam: Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem, ad ſingulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere vel obtemperare: Falſam & hæreticam declaramus & uti talem damnamus.

Quintam: Semipelagianum eſt, dicere Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe; Falſam, temerariam, ſcandaloſam, & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute duntaxat prædeſtinatorū mortuus ſit, Impiā, Blasphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem & Hæreticam declaramus & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Chriſti fidelibus utriuſ-

utriusque sexus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac præsenti nostrâ declaratione & definitione continetur, sub censuris & pœnis contra hæreticos & eorum fautores in Jure expressis.

Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis nec non hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores & rebelles quoscunque per censuras & pœnas prædictas cæteraque juris & facti remedia opportuna, invocato & ad hoc (si opus fuerit) auxilio Brachii secularis, omninò coërceant & compescant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem & definitionem super prædictis V. propositionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Corn. Jansenij. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Dominicæ Incarnationis 1653. Prid. Kal. Junij Pontificatus Nostri Anno nono.

Hi. Datarius *G. Gualterius.*
P. Ciampinus.

Anno à Nativit. D.N. Jesu Christi M.DC.LIII. indictione VI. Pontificatus Summi in Christo Patris & D.N.D. Innocentij, Div. provid. Papæ X. An-

Anno eius nono, die verò IX. mensis Iunij supra dicta constitutio affixa & publicata fuit in Ecclesia Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ Valvis ac in Acie campi Floræ per me Hieron. Mascellam Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Pro d. Mag. Cursorum D. Paulus Desiderius Cursor.

DEFENSIO

BELGARVM CONTRA EVOCATIONES ET PEREGRINA JUDICIA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0029
DFG

NE TRANSGREDIARIS TERMINOS ANTIQVOS,
QVOS POSVERVNT PATRES TVI. Proverb. 22.
vers. 28.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0030
DFG

DEFENSIO
BELGARUM
CONTRA EVOCATIONES
ET
PEREGRINA JUDICIA.

Scribendi occasio.

PERSEVERANT adhuc intemperijs agitari avida quædam rerum novarũ in Urbe ingenia: gliscere solet, & colligere animos licentia, ubi prima molitio non qua poterat celeritate oppressa est. Quid nuper profectum est Regis Catholici moderatione; quâ Romanum Decretum sub ditione sua passus est recipi, cui ob insolitas clausulas fasci fuerat intercedere, nisi ut primam ferendo iniuriam invitaret novam. Non defuerant in consultanda sententia, quæ securum animum & conscientiam illæsam præstare Regi poterant, si recusasset admittere; sed maluit Religiosissi. Princeps in re sacra obsequi, etiam cum damno juris sui, quam ad extremum pertendere: uti profitetur ea epistola, quam ante annos aliquot ad Belgij gubernatorem de re ista scripsit. Nimirum imitatus est illam humilem Caroli M. proavi sui vocem, quæ refertur à Gratiano dist. 19. c. 3. *In memoriam B. Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Apostolicam*

Bulla Vrbani VIII. contra Cornelij Iansenij Augustinum edita.

Ad Marchionem de Castel-Rodrigo scripta 30. Ian. 1646.

stolicam sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus.

Cognita Regis voluntate, Belgæ mox ad promulgationem Urbanianæ Bullæ, sed veteri ritu, salvo majorum more, & secundum Regionis privilegia processerunt: emisso insuper edicto Regis, quo turbantibus publicam tranquillitatem (cujus custodia Regi incumbit) tàm Clericis quàm laicis condignæ pœnæ irrogantur; idque exemplo pijssimorum Imperatorum, qui canones veterum conciliorum suis sanctionibus roborârunt, *pœnis exilij & publicationis bonorum* diserte utrique hominum ordini scriptis, ut videre est ex Marciani Imp. edictis, quibus Chalcedonensem Synodum confirmavit. Cujusmodi leges tantum abest, ut Ecclesiæ olim displicuerint, ut etiam laudibus celebraverit earum Sanctores. Ita Anastasius I. Papa Epist. 3. ad Iohannem Hierosolymitanum scripta Anno 402. exultat, quod Principum edictis vetita sit cunctis DEO servientibus, adeoque vel maximè priscis librorum Origenis lectio, & legentibus eadē autoritate pœna imposita. *Illud*, inquit, *quod evenisse gaudeo, tacere non potui, Beatissimorum Principum manasse responsa, quibus unusquisq; Deo serviens ab Origenis lectione revocetur, demnandumq; sententia Principum, quem lectio rerum profana prodiderit.* Isto igitur, hoc est, optimo Christianorum ævo, autoritate Principum vetabatur improbatorum librorum lectio, pœna atque damnatio sententiâ Principum irrogabatur, etiam Ecclesiasticis, quos olim speciali notione DEO servientes, & Deo militantes nominabant.

Vide de hac Anastasij Epistola Baron. tom. 6. ad an. 402. n. 26. & seq.

Inverso nunc ordine officia isthæc sibi præstari adeo indignan-

dignantur Romanæ Curiæ proceres, ut protestatione nuper typis emissa, autoritatem Regiam sugillare per emissarios suos aggressi sint. Cui machinationi coërcendæ, ac tuendo Juri Regio, quum moderatè à ministris ejus occursum esset, directa omni indignatione, minisque in Chalcographum ipsum, qui spretis legibus Patrijs, sine permissu publico, libellum formis suis excudere ausus esset, non remisit impetus indulgens studijs suis natio; sed epistola benè longa, quā hodie *Breve* vocant, sub nomine Innocentij Pontificis compilata, tempestatem totam in optimum Archiducem convertit, contumelioſis appellationibus. *Absolonis* & *Achitophelis* Principem & Consiliarios Regis incessens. Potuerat meritò re:cripsisse Archidux quod An. 871. Carolus Calvus Galliæ Rex literis Adriani II. Pontif. durius quidem, sed longè infra hanc acerbitatem scriptis, respondit: *Deprecantes vos in Omnipotentis Dei honore, & sanctorum Apostolorum veneratione, ut tales inhonorationis nostræ epistolas, taliaq; mandata, sicut hactenus ex nomine vestro suscepimus, nobis, & Regni nostri Episcopis, ac primoribus de cætero non mandetis, & non compellatis nos, mandata & epistolas vestras inhonorandas contemnere, & missos vestros dehonorare.* Sed silentio ac innatâ modestiâ animum cohibens, speravit exemplo suo exasperatos Curialium animos posse placari, & ad benignitatem conflecti.

Extat inter Epistolas Hincmari, in collectione Sirmondica, ordine 42. Videatur & altera eius epistola ordine 47.

Verùm spe ista decidit, excitatis novis fluctibus in Belgij Primatem, & seniorem ejus Coepiscopum, eò quod jussi nuper sententiam aperire Regi de Bullæ Urbanianæ promulgatione, quædam de Privilegijs Regionis, ex Ecclesiarum Belgicarum jure Romanis auribus non satis accepta, admiscuerint.

Quapropter Romā in Jus vocati, causam dicendā severis & antehac inauditis mandatis urgentur: insinuationibus etiā clancularijs, subdolis, & insidioſis contra omnē formam Juris terrentur, adhæc sciendis quibusdā incognitis, quæ speciē

habent diffamatorij libelli, pessimo exemplo lacerantur viri dignitate conspicui, existimatione integerrimi, de quarum machinationum, si veriùs calumniarum peruersitate, atque uniuersim de evocationis hujus viribus dissertationem aliquam fieri, é re visum est: qua occasione paulò generaliùs de Privilegiis Belgarum, quibus instructi sunt ad submovenda peregrina omnia judicia, & refutandas exterorum evocationes, agendum est.

CAPVT I.

Vetustissimæ Belgarum leges, & juratæ pollicitationes Principum, de submovendis generatim peregrinis judicijs.

1. *Nihil Belgis antiquius, quam proprio Iure & judiciis uti.*
2. *Huius rei vestigium apud Cæsarem & Tacitum.*
3. *Ante quatuor secula pactiones cum vicinis populis super ea re initæ.*
4. *Primæ leges Brabanticæ ante 3. secula & capitula Læti Introitus idem sanxerunt.*
5. *Ius de non evocando Belgas, auctum privilegio Caroli IV. Cæsaris An. 1349. cuius vis exponitur.*
6. *Aliud privilegium ne ullibi exterarum gentium Brabantus Brabantum in ius vocet aut sistat.*
6. *Privilegia hæc etiam concernunt Ecclesiasticam Iurisdictionem.*

1. QVi ingenia, institutaque Belgarum habent perspecta sciant nihil illis unquã fuisse antiquius, aut enixiori studio à Maioribus posteritati traditum, quàm ne peregrinis, vel legibus, vel judiciis, obnoxii viverent. In ipsis *Cæsaris & Tacuti* Commentariis, quibus nihil habemus de rebus nostris vetustius, vestigia quæd ãproprii, & impermixti Juris Belgarum deprehendere est. lib. 7. de bel. Gal. *Principes*, inquit Cæsar, *Regionum, atq; pagorum, inter suos ius dicunt, controversias q; dirimunt.*

Adeo

Adeo verô externa omnia aliquando aversati fuimus ut nec delicias peregrinas, quæ facillimum aditum ad homines solent habere, admiserimus, lib. 1. de B. Gal. scribit idem, *minime ad eos* (Belgas) *mercatores sæpe commeant, atq; ea, quæ ad effœminandos animos faciunt, important.* Apud Tacitum l. 4. hist. *Tencteri* (Belgica aut Affinis Belgicæ Gens) *sincerus, integer, & sui iuris populus*, ubi de summa rei colloquium fit, Ubios hortatur, *ut instituta, cultumq; patrium resumant.* Apud Germanos à quibus origo Belgis, mores indigenas pro legibus semper valuisse, Idem nobis author est, & *iura per pagos, vicosq; reddita ab his, qui in conciliis populi electi essent.* Post Taciti ævum longa barbaries & caligo res nostras plurib⁹ seculis pressit: ubi vero reviviscere literam & publica monumenta apud nos cœperunt, prima statim cura, & mentio fuit de legibus & iudiciis propriis tutandis, peregrinis submovendis. 2. Tac. de mor. Ger.

Alia quibus utimur Iura, moribus ferè, & longævo usu, ac sine scripto invaluerunt; hoc ius ab initio publicis actis consignatum est, deinde pactis conventis ac populi scitis frequenter renovatum, Imperatorum etiam, & Pontificum Privilegiis agnitum, & auctum: Principum denique & Magistratuum jurejurando continua serie stabilitum ad nos pervenit:

Nondum ullæ leges nobis scriptæ erant, quum iam de declinandis peregrinis iudiciis, cũ vicinis populis paciscere-mur: soliciti fuimus munire nos adversus externa, priusquã domi legibus excoleremus nostra Brabantia prima & amplissima Belgii regio, vix antiquius monumentum ostentat legum suarũ, quam rudes illas, sed in artificiosa simplicitate venerandas tabulas, quas An. 1312. Iohannes Brabantiæ Dux Cortenbergæ condidit: at integro prope seculo vetustiora sunt pacta, quæ Henricus Brabantiæ itidem Princeps, cum Colonienſi Præsule pepigit, d. 13. Decembr. An. 1251. 3.

Edictor. Belg. l. 5. tit. 1. c. 1.

occasione debitorum, conventionum, vel pactionum, alter alterius res, vel personas, in civitate Colonienſi vel in terra Ducis accipere poſſit, vel arreſtare.

4. Primæ verò illæ, quas dixi tabulæ, à Duce & Proceribus regionis ſolenniter iuratæ, quæ nobis tanquam Solonis axones, vel Lycurgi Rhetræ religioſæ ſunt, nihil ſtudioſius inculcant, quàm ius dicendum eſſe ſubditis & incolis, per Judices indigenas, eo loco ubi forum ſortiuntur, & ſecundum cuiusque civitatis leges: interpoſita fide de non ferendo, aut permittendo, ut quis adverſus ea faciat.

Landcharten vande maend Maye, Anno 1312. artic. 27.

Landcharter van Septemb. 1312. art. 3.

Landcharter vom Sept. 1312. art. 8.

Ducis Ioannis ad Proceres & populum verba ſunt: **Sullen alle lieden vonniſſe doen / die recht begheeren / die mannen / oft Schepenen / oft die ghene die daer op ſchuldigh zyn / te wiſenne / alſe vom dingen / ende ten vonniſſe ſtaen.** Item **Wy ſallen handelen die goede lieden vom onſe Staden naer het recht van elcker Stadt / vom alle dinghen / ende daeren boven niet wercken / noch laeten wercken in eenigher manieren.** Item **Dat men altoos beteren / ende verlichten ſal met vaede der goeder luyden vom unſen Lande.** Denique, **Alle deſſe dinghen van poente tet poente gheloven wy by trawe / ende zweeren handt ten Heyligh en / op de Heyligh e Evangelie / voor ons / ende nakomelinge / vaſt ende geſtadigh te houden / ende doen houdene / &c.** Quorum vis atque ſententia eſt: *Cunctis ius poſtulantibus Iudicia recti faciemus per Scabinos, aut eos quibus iudicare incumbit, atq; uti ſecundum propoſita negotia forum ſortiuntur, nimirum unicuiq; ſecundum Ius civitatis ſuæ, nec adverſus hoc faciemus, aut fieri patiemur; & ſi quid elucidandum aut mutandum incidit circa ll. id ſemper fiet adhibito conſilio bonorum virorum huius regionis, quæ omnia fide & iureiurando noſtro tactis ſacroſanctis Evangeliis promittimus, per nos, & ſucceſſores noſtros firma & ſtabilia fore, atq; curaturos, ut ab aliis obſeruentur.*

Hæc eadem promiſſa ſecuti deinde Principes ad hanc diem in Imperii ſui auſpiciis renovârunt, & iureiurando fidem ſuam populo adſtrinxerunt.

Quos

Quos vero pollicetur aliquis iudicandos fore apud suos Iudices, & secundum suæ civitatis Iura, nec se laturum, ut id violetur; auxilium, tutelamque addixisse sine dubio intelligitur, si quis præter morem Maiorem aliò in Jus vocet. Nam quemadmodum Jurisconsulti dicunt eum, qui promisit *habere licere*, eorum verborum ne efficere debere, ne per quenquam omninò fiat, quo minùs nobis habere liceat, *l. stipulatio ista 38. D. de Verb. Obligat.* Ita qui fruituros spopondit Cives suos jure quopiam, omne impedimentum à se avertendum addixisse intelligitur. Et id quidem sufficiebat hactenus, ne quis indigena distraheretur à foro suo, quamdiu apud patrios Lares & intra fines regionis maneret. Si enim extraneus Judex, aut litigator Brabantum é sedibus suis aliò in ius vocaret, impunè poterat non parere vocatus, & spernere Imperium vocantis.

Verùm si incola peregrè profectus ibi contraxisset, aut bona possideret, in aliena Provincia, vel ibi repertus foret; communi, usitatoque interdicto manus iniectionis & immissionis in bona, quod *arrestum* dicimus, rapi in Ius Brabantum nihil vetabat, quum autoritas Principis usque eo se non porrigeret, neque dici posset id promisisse, quod præstare in manu eius non esset.

Supererat hæc præterea difficultas, quod, quum quædam portio Brabantiæ Romanum Imperium jure clientelari tunc agnosceret, non videretur solius Ducis autoritate plene securitas subditis data, quippe quæ derogare nequiret jurisdictioni, quam Judices Imperiales ratione feudalis subiectionis in eam regionem sibi adscribere posse videbantur.

Ut igitur plenissimè, quoad ejus fieri posset, subducerentur. Brabanti externis judiciis & evocationibus, duo eximia beneficia iis concessa sunt, quibus tùm ab Imperialiũ Judicum potestate exemti essent, tùm extra provinciam quoque deprehensi, domum revocandi ius haberent.

Primùm, quod *Bullam Auream* vulgò dicimus, à Caro-

lo IV. Rom. Imp. Iohanni Brabantiæ Duci donatum, munerandis officiis, & obsequiis decessorem eius, quibus dubias res Imperii, ope sua, & armis sæpiùs stabilierant. Alterum ipsius Ducis, ne ullibi gentium extra propriam regionem Brabantus populari suo diem dicere, aut litem intendere ausit; pœna capitis sancita in eum, qui adversus legem commiserit. Quæ privilegia ab invicem diversa, perperam à quibusdam confusa & commixta sunt, quum errorem rerum Brabantiarum non satis gnarus inter cæteros erravit vir alioqui summus, *P. Peckius de Iure sistendi, cap. 8.* Inutilem etiam subtexens quæstionem, an extra fines Romani Imperii, puta in Hispania, Anglia, Gallia, Brabantus, Brabanto manus possit iniicere, seu arrestare.

Rectè quidem amplectitur negantem sententiam, sed argumento rei non accommodato, quasi scilicet Cæsaris Edictum & Bullæ Aureæ vis ad eas etiam regiones pertingat, seu interpretatione extendi possit, quæ Romano Imperio tunc non parebant, cui rationi ægrè acquieverint Flandri, Batavi, aliique contrariis Principum declarationibus suffulti, & à Bulla hactenus immunes & exemti.

Paulò distinctiùs atque ordine hæc enarranda sunt.

Carolus eius nominis IV. Imperator. *Favoris sui prærogativa volens prosequi eos, qui diuturnitate laborũ, & immotæ fidei cõstanti circa ea procurandos Imperii Romani honores claruerant, decrevit ac Edicto perpetuo statuit, ne ullus Archiepiscopus, Episcopus, Princeps, Comes, Baro, Nobilis, aut cuiuscunque conditionis existat, Ecclesiasticus seu temporalis, in quibuscunque causis criminalibus, realibus aut personalibus, aliquam iurisdictionem, seu iudiciariam potestatem in subditos Ducis intra districtum ipsius constitutos, ad instantiam cuiuscunq; personæ, intra vel extra limites districtûs eiusdem existentis, evocando, citando, appellando, &c. exercere præsumat.* Et paulò pòst: *Nec aliquis Vasallus, subditus, aut servitor dictorum Ducis & successorum ipsius, in quibuscunq; Episcopatibus, terris, seu Dominiis sacro subiectis Imperio, Ecclesiastica & temporalis; seu cuiuscunq;*

Oct. Cal. Aug. Anno 1349.

Tom. 1. Edictorum Ant. lib. 2. tit. 2.

cunq; alterius Iurisdictionis existat, &c. arrestari, impignorari, seu detineri, rebus aut corpore molestari debeat.

Quod Privilegium deinde à pluribus Romanis Imperatoribus confirmatum est, delegatâ in perpetuum Senatui Brabantiæ autoritate coërcendi omnes, cuiuscunque gentis ac ordinis homines, in legem committentes, etiam qui Ditionis Brabantiæ non essent.

Primum verò editum est exemplum coercitionis ab Imperatore ipso in Episcopum Leodiensem, qui Brabantos ad tribunal suum non eo seriùs evocaverat, quæ eius acta Carolus solenni sententiâ recidit, 2. *Nonas Apr.* 1354.

Hâc porro Imperiali sanctione duo apparet esse constituta. Primùm ne ullus eorum qui jurisdictione in Imperio funguntur, subditos Ducis Brabantiæ extra limites Provinciæ suæ evocare ausit. Secundum ne in ditionibus, quæ Imperio parent, manuum iniectione in personas aut bona, Brabanti detinere quavis de causa, aut aliter in Jus vocari possint. Evocatio Judicibus omnibus, in quos Cæsar Imperiũ habet, interdicitur, seu eam postulet Brabantus, seu Imperio subiectus, seu alius quivis. Manus quoque iniici Brabanto, quum intra fines Imperii erit, aut diem ei dici, generatim vetitum, sine personarum discrimine, seu id tentet Brabantus, seu quis alius, quum Cæsar Judices omnes, in quos potestatem habet, abstinere ab his actibus, evocationis, prehensionis, & citationis voluerit.

Nimis igitur in arctum cogunt sensum Aureæ Bullæ, qui hoc solum vetitum volunt, ne Brabantus Brabantum sub Imperio in ius trahere ausit: uti é contrario latiùs, quam par est, vim eius extendunt, qui per eam licere non putant extra terminos Imperii Brabantum Brabanto diem dicere, quum Cæsarea autoritas neque Brabantos vel eorum actus obstringat extra Imperium: nec hanc legem dicere potuerit Judicibus exteris eorum regnorum, quæ Maiestatem Impe-

rii Romani non agnoscunt, velati Hispanis, Gallis, Britannis.

Quare si aliud nihil impediret, non esset de numero vetitorum in Regnis istis, Brabantum à Brabanto iudicio pulsare. Verùm ne id fieret, à Duce suo singulari beneficio obtinuerunt, quod inter ea capitula pridem relatum est, quæ in auspiciis inaugurationis Principes religiosè populo suo promittere consueverunt.

6. Blyde inkomste, van VVenceslaus, van den 3. Ian. 1355. in' tbegin. sel.

Nimirum Wenceslaus Brabantiæ Dux die 3. Jan. 1355. invitatus, ut ait, meritis & officiis nationis, novam legem Brabantis dixit, ne deinceps alter alterum extra fines regionis in ius vocaret, pœnâ ultimi supplicii & amissionis bonorum indicta ei, qui fecerit. Quæ res potestatem Principis minimè excedit, licet de subditis statuat in alieno territorio constitutis, quum Iurisconsulti non ambigant, leges atque mandata Principum adstringere cives peregrè agentes, præsertim si nominatim in eos concepta sint, *l. 2. Cod. de commerc. l. 2. C. de vectigal. c. ult. X. de constit. Peckius d. c. 8.*

Verba autem eorum Capitulorum sunt: **Hebben gezworen/ende belaoft/te heuden eeuwelyck vast/ende gheslade/ sonder brecken/ etc. Dat niemand den andern buyten s' Lands en sal moghen daghen/ etc. Ende sto wie dat dede/ soude verbeuren syn goed ende syn lyf/** id est, Iuravimus & promisimus perpetuo firmum & stabile fore, ne alter alterum extra Provinciam in ius vocet: Eum, qui fecerit, vita & bonis suis exuendum.

Blyde Inkomste van den Hertogh Antonis art. 14.

Eum verò articulum explicatiorem atque auctiorem deinde repetierunt subsecuti Principes, addito promisso, severitatem pœnæ se nulli unquam moderaturos, & expunctis exceptionibus paucis, quæ intuitu Ecclesiasticæ iurisdictionis initio fuerant admissæ.

Additis van

Quum n. olim tres causarum species ad audientiam Ecclesiasticam Leodiensis vel Cameracensis Episcopi deduci possent,

possent, videlicet de testamentorum validitate, de pactis matrimonialibus & rebus in pios usus donatis, seu per amortizationem subductis seculari potestati; providerunt postea Majores nostri de his etiam speciebus, & diserte à Principe stipulati sunt, die 26. April. 1515. ne ulla ex causa ad tribunalia Ecclesiastica, municipes vel incolæ Brabantiæ evocari possent, aut Iurisdictionem vicinorum Episcoporum agnoscere cogerentur, nisi apud delegatos eorum, qui in Brabantia residerent. Quæ nova cautio solenni Principis sacramento firmata, ad hanc diem religiosè custoditur. de Blyde inkomste van den 26. April. 1515. art. 3.

Unde est, quòd quis existimet, ad civilia negotia & seculares Iudices tantùm pertinere juratas Principum pactiones, quas attulimus; quum ex his quæ jam memoravi, manifestum sit, non minùs de Ecclesiasticis causis actum fuisse, quàm de civilibus; atque appareat, nullum omninò casum omissum esse, quo pertingere vel potestas, vel amicitia Principis poterat, quin exemtum esse voluerit, & in perpetuum fore iuraverit, à peregrinis judiciis & Imperiis.

Jdeo verò cordi fuit populo Brabantico, ne etiam Ecclesiasticis evocationibus ad extraneos Iudices pertraherentur, ut speciali ac solenni conventione ad mutuum auxilium Primores Provinciæ se obstrinxerint. 6. Novemb. 1486. advertenda decreta, & mandata omnia, quibus præter morem Majorum incolæ ad Ecclesiastica iudicia vocarentur.

CAPVT II:

Ius Belgarum de non admittendis evocationibus extra Provinciam, respicit non tantùm civilem, sed & Ecclesiasticam & Pontificiam jurisdictionem.

1. *Ostenditur Iusiurandum Principum de non evocandis Belgis comprehendere etiam Pontificias evocattones.*

2. *Solenne exemplum irrita huiusmodi evocationis Abbatis Parcensis in Brabantia Anno 1477.*
3. *Archidux Maximilianus Pontificiæ evocationi se opponit, adductus, ut ait, iuramento Ordinibus præstito.*
4. *Principes Belgii in Læto Introitu non minùs iurant Ecclesiasticis, quam sæcularibus.*
5. *Non excedit Principum potestatem huiusmodi Privilegia Clericis concedere, & tueri.*
6. *Referuntur plura Edicta, quibus modus positus est evocationibus Romanis, & cohibita iurisdictio Ecclesiastica.*
7. *Quæ dicta sunt, confirmantur exemplis optimorum é vetustate Principum.*
8. *Quæ concernunt ordinem publicæ disciplinæ, spectant ad officium Principum.*
9. *Muniti sunt insuper Belgæ Pontificio privilegio anni 1515.*
10. *Concilium Tridentinum cum hac cautione admissum est, ne evocationes admittantur extra Provinciam, etiam Episcoporum ad Pontificem.*
11. *Occurritur contrariæ rationi.*
12. *Scriptores exteri privilegii Belgici meminerunt.*
13. *Idem agnoscunt Cardinales, Concilii Trident. Interpretes, Anno 1615.*
14. *Luculentum de eo testimonium internuntii Belgici.*

NE vero quempiam turbet, quòd tàm generatim de Ecclesiastica autoritate, ad eum modum de non evocando extra provinciam arctata, diximus, vt videatur etiam, quæ à Romana Curia nomine sedis Apostolicæ exercetur iurisdictio, comprehendi, eius tamen summam dignitatem atque fastigium à nemine in ordinem cogi posse, atque à communibus regulis semper intelligi exemtam, tàm Theologiæ quàm Canoni, Consulti consentiunt; paulò accuratiùs de hac re dicendum est, atque ostendendum, id non tantùm pluri-

pluribus seculis constanter sic observatum; sed & ipsius Romani Pontificis privilegio diserte stabilitum, edictis deinde Principum nostrorum sæpe renovatum, æquitati etiam & sacris Canonibus tum gentium plerarumque usui consentaneum; denique Pontificiæ autoritatis amplitudini minimè esse adversum.

Atque imprimis neutiquam ambiguum est, hanc Principum nostrorum, tàm supremorum Magistratuum, ac eorum, qui iurisdictione funguntur, quando iureiurando capitulis *Læti Introitus* se adstringunt, mentem esse, ac fuisse semper, ita submovere peregrina iudicia, ut non minus eas, quæ autoritate Pontificiâ in Urbem fiunt evocationes, facessere iuberent, quam quæ ab aliis inferioris ordinis Judicibus emanant, atque, si fas est dicere, non sine gravibus causis horruisse maiores nostros præ cæteris Romanorum iudicia, pluribus incommodis obnoxia, non obscurè testatum nobis reliquerunt. 2.

Id verò quod dixi de iurisiurandi sententia, non potest evidentiùs, quam ex rebus publicè gestis & scriptis, atque contestationibus Principum cum Pontifice, secutoque negotiorum eventu cognosci.

Sixtus IV. Pontifex literis Romæ datis d. 2. Junii, Anni 1477. Theodoricũ Thulden, Cœnobii Parcensis in Brabantia Abbatem, in urbem evocaverat, ut de læsa autoritate sedis Apostolicæ coram eo causam diceret. 2.

Volumus, inquit, *& sub excommunicationis latæ sententiæ poena tibi mandemus, ut infra terminum duorum mensium, à receptione præsentium computandorum, nostro conspectui te præsentes, alioquin scito Te privationis periculo subiacere. Datum Romæ. &c.*

Maximilianus Austriæ Archidux, Belgii tunc Princeps, deinde Romanorum Imperator, eâ re cognitâ, literis Abbatem monet, 23. Novemb. 1478. ne Pontificiæ evocationi morẽ gerat, *Vobis*, inquit, *districtè præcipimus, & mandamus, ne* 3.

eam

eam ob causam extra Patrias nostras vos absentetis, imò statim visis præsentibus ad nos veniatis. Ad Pontificem verò eâdem die literas dat, & civilibus verbis citationi intercedit, addens: *Si deniq; vestra sanctitas causam cognoscere cupit, eam, ut committat alicui in his partibus prælato, viro probo, partibus non suspecto, &c. Nec ut secus agatur facile ferre potero.* Quumque nihilominus perseueraret in sententia Pontifex, alteras ad eum scripsit Archidux, submissa quidem & civiles, sed acrimonia tinctas. *Si Abbas*, inquit, *cuiuspiam delicti reus, animaduersione qualibet dignus existimetur, non adversabor, quin Apostolicæ sedis honoris ratio in hoc habeatur; Dummodo Iudice in partibus dato idoneo, & neutrali, id iuris ordine compertum sit. Quod profectò sic æquum sustineo, ut frustra secus aliquid à me exigatur, adiuvante Domino Deo.*

Aliquantò placatior deinde redditus Pontifex quum causæ discussionem delegasset Præposito Ecclesiæ S. Ioannis in Urbe Traiectensi ad Rhenum, isque Abbati diem dixisset ad respondendum in Diœcesi sua; quia sic rursum impingebatur in Brabantorum iurata Privilegia, qui intra fines Provinciæ suæ omninò iudicandi sunt, Maximilianus, qui *honoris & fidei se nunquam prodigum futurum*, Pontifici ante rescripserat, ad Præpositum epistolam misit in hanc sententiam. *Intelligimus vos virtute certæ Commissionis venerabilem Patrem Theodoricum Abbatem Monasterii nostri Parcensis coram vobis in causam traxisse, Procuratori cuidam, Apostolicæ sedis Fiscali, ad hoc, ut dicitur, deputato, super certis articulis responsurum. Vnde revera miramur plurimum, &c.* Et paulò pòst: *Verùm, quia is modus agendi nobis & subditis nostris gravis admodum est, & intolerabilis,* AC APERTE CONTRARIUS PUBLICO STATUTO, ET PRIVILEGIO, QUO FIDELIBUS NOSTRIS, POPULO, ET STATIBUS DUCATUS NOSTRI BRABANTIÆ IUREIURANDO PROMISIMUS, NON SINE RE QUEMVIS EX EIS EXTRA DUCATUM IPSUM AD IUDICIUM EVOCARI, *quo minus frustratorii, vexetur molestiis, & expensis, quum intus non desint,*

desint, qui expeditam administrent iustitiam, vos seriosè requirimus, ut eum Iudici competenti relinquas judicandum, quod si secus fieret, id nobis ingratissimum esset, & opportuno remedio refelleremus, cooperante Domino Deo, &c.

Apparet jam illo ævo priusquam Pontificio ullo alio privilegio de non evocando muniremur, quod Anno 1515. Leo Pontifex I. sanxit, jure domestico tutos fuisse Brabantos, adversus exterorum Judicum evocationes, neque vel tunc autoritate Pontificia quempiam etiam Prælatum extra Provinciam citare potuisse, idque *Iureiurando* Principum, quod *Populo & statibus* præstant, comprehendi disertè Maximilianus profitetur.

Quidni verò Ordo Ecclesiasticus comprehenderetur, 4.
qui primum locum in conventu publico Provinciæ tenet, & potiorem Reip. tribum repræsentat, quando Pollicitationibus Læti Introitus Princeps adstringitur? Ternis quippe partibus constat Ordo totus cui iuratur, cuique privilegia & instituta confirmantur, atque sunt, *Prælati, Proceres, missisq; potentibus urbes.* Leges generales populo & Clero utiles, & ad genium nationis formatas semper intellectum est utrisq; pariter prodesse, & ubi occasio fert, utrosque ijs uti videmus, & ad hoc auxilium non minus Ecclesiasticos proclamare, quàm laicos, quotidiana exempla ostendunt.

Non admirabitur vero nisi rerum nostrarum ignarus, à 5.
potestate civili modum aliquem ingenio gentis aptum præstitutum esse Ecclesiasticæ Jurisdictionis exercitio, quum constet, ab omni ævo id à Principibus nostris factitatum, quorum officio semper existimatum est incumbere, ne contra privilegia, aut inveteratos more exæstuaret externa ulla potestas, & pacem tranquillitatemque Reipublicæ interpellaret.

Hoc non est ipsam potestatem Ecclesiasticam minuere, sed exercitium eius cohibere intra terminos rationis, ne pu-

blicam quietem lædat, & intercedere iniquis & exorbitantibus Decretis Romanæ Curiæ; quod officium *Interceßionis* rectè præstari etiam ab eo, qui directam aut legislativam potestatem in Ecclesia non habet, ostendi potest exemplo non inepto, licet é profana vetustate petito, scilicet Tribunorum plebis, in Romana Republica, qui etsi jus condendæ legis olim non haberent, atque adeò nec Curiam ingredi possent, quum de ea deroganda deliberabatur; tamen Decreta a Patribus scripta recognoscebant, & si videbantur Reipublicæ damnosa, rata esse non sinebant, idque genus officij solenni vocabulo Veteres *Interceßionem* vel *auxilium* vocabant. Frequens mentio est apud Livium, Tribunorum intercedentiũ Senatus-Consultis & auxilium præbentium civibus adversus leges & Prætore jussa, de qua re latiùs Brissonius de form. l. 2. Hoc verò est illud vocabulum *Interceßionis*, quod quũ ingeminarent subinde in Tridentina Synodo, Principum Legati, decretis quibusdam se opponentes, quæ existimabant condi in damnum civilis potestatis, turbabantur Patrum nonnulli, priscæ huius formulæ ignari, atque alter alterum percontabatur, pro quo demum fieret intercessio, seu ut ipsi interpretabantur, supplicatio.

Arnoldus Ferrerius, in Apol. quam pro or. sua habita in Concilio scripsit anno 1563.

Eodem verò reipsa recidit, quod Theologi quidam ad Principes ajunt pertinere, impedire iniustas Ecclesiasticorũ usurpationes, quæ facti & violentiæ speciem habent, non *iurisdictionaliter*, vel *autoritativé*, sed *impeditivé* & *per modum defensionis*, Cajetan. de autor. Papæ c. 27. P. Victoria, Sylvester, aliique relati à Duvallio de autor. Pontif. part. 2. qu. 9.

Quibus accedat Iohannes Parisiensis, Dominicani Ordinis Doctor, in Tr. de Pot. Regia & Papali c. 21. qui ait: *Licitum est Principi abusum gladii spiritualis repellere, eo modo, quo potest, etiam per gladium materialem, præcipuè ubi usus gladii spiritualis pergit in malum Reipublicæ, cuius cura Regi incumbit, aliter enim sine causa gladium portaret.*

Non

Non sunt igitur ambitiosa vel incompetentia Principum edicta, quibus prospectum est adversus Romanæ Curiæ evocationes, decreta, judicia, sententias & executiones, quibus subinde Belgas turbari, distrahi, evocari, contingebat, quæ operæ pretium erit, brevibus recensere.

Anno 1447. die 3. Jan. Philippus Burgundiæ & Belgii Princeps, ut generali remedio occurreret incommodis, quæ Ecclesiasticis Mandatis & Citatoriis, libellis patiebantur incolæ, Edicto perpetuo voluit, ne quis in Brabantiam inferret, aut subditis suis insinuaret ullas citationes, monitiones, sententias, aliavé Decreta, à tribunalibus Ecclesiasticis elicita, nisi priùs à juridicis & Magistratibus locorum examinata, & assensu eorum munita forent, pœna exilii perpetui indicta iis, qui id facerent. Quod non tam de novo constituere se ajt, quàm in usum revocare vetus Patriæ institutum, aliquandiu intermissum. 6.

Circa annum 1480. quum occasione Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ in Curia Romana cõferebantur, insanũ in modum Belgæ litibus agitarentur, ære exhaurirentur, censuris, monitoriis, evocationibus, extra Patriam vexarentur, providerunt opportunis remediis Optimi Principum Maximilianus & Philippus, & quum primùm simpliciter é ditionibus suis eliminasset cuncta hoc genus rescripta, coercitis Laicis pariter & Clericis, qui impetrarent & inferrentur bonorum prehensione aliisque gravibus pœnis, his verbis: *En defendant à toutes personnes, tant d' Eglise, qu' autres, quils n' apportent, admettent semblables provisions, &c. á sçavoir les gens d' Eglise par la prinse, & mise en nostre main de leur temporel.* Edicto 12. Septemb. 1485.

Deinde Philippus Archidux die 20. Maij, denuò questus de malis artibus & insidiosis clausulis curialium, quas sub nomine Bancquariarum cautionum, aliisque monstrosis nominibus proponebant, ut horum simplicitati illuderent, unde eveniebat, miseros in prima instantia in Urbem extrahi, seu ut ipse loquitur; *Dont furent aucuns adiournez hors de nos Pays* Edicto 20. Maii anno 1495.

en premiere instance contre les droicts, haulteurs, prerogatives, franchises, & libertez de nous, et de nos dicts Pays. Rem tandem ita moderatus est, ut nollet deinceps nisi consulto & annuente supremo Consilio suo, rescripta ulla beneficialia, processus, sententias, literas executorias, in has regiones inferri; sancitis gravibus pœnis, tàm adversus Ecclesiastici Ordinis homines, quàm profanos. Disceptationes verò beneficiales ita partitus est, ut provincialibus Conciliis suis adscriberet judicia possessoria: locorum verò ordinariis causas petitorias primæ instantiæ.

Injecto etiam freno Appellationibus ad Romanam Curiam, quæ per id ævi primas quoque instantias frequenter intersecabant, mandavit, ut illæ judicibus Provincialibus deinceps delegarentur.

Denique quum inter publicas populi sui perturbationes & hanc recensuisset: *Que quelques uns faisoint en verte des rescripts par eux obtenus en la Cour de Rome, attraire, & citer en premiere instance, aulcuns pourveuz, &c.* Et paulò pòst: *A cause dequoy nos subiects se treuvent legerement, & á petite occasion admonester, & attraits hors de nos Pays, & innoder des censures & autres peines Ecclesiastiques, &c.* Constituit: *Que nul pour raison des dicts benefices, estant en nos dits Pays, n' attraye nos subiects, n' y aultres y residens, par vertu des dictes Bulles, & rescripts de Cour de Rome, &c.* Sub idem tempus incolis Flandriæ speciali etiam edicto prospectum est, adversus peregrina judicia, & evocationes extra Provinciam: Quum enim questi essent incolæ: *Que des subiets & inhabitants du Pays contre leur Privileges, usances, & coustumes a leur grands fraiz & despens, estoient iournelement adiournez, & attraitz en premiere instance hors du dit Pays.*

Vol. 1 Gand. lib. 1. rub. 5.

Pristina edicta revocavit Belgii tunc pro Archiduce Legatus Engelbertus Nassovius, atque generatim constituit, 28. Octobr. 1494. ne quidquam peregrè allatum deinceps executioni mandari posset, in Provincia ista, nisi ipsius Concilii

cilii Flandrensis literis & assensu munitam, in hæc verba: *Avons ordonné, que nulles lettres, Mandemens, ou Provisions obtenuz hors le dit Pays de Flandres ne se mettrent à execution, sans sur iceux lettres, mandements, ou Provisions, avoir nos lettres d'attaches, ou de la Chambre du Conseil en Flandres.*

Generalem rursum sanctionem sæculo proximo emisit Philippus Hispaniarum & Belgii Princeps, ne quidquam Româ profectum executionem in Belgio obtineret, nisi placito firmatum, vel Sanctioris, vel Brabantiæ Concilii: cuiusmodi mandato satis quoque tuti sumus, adversus Romanas evocationes, & ea omnia, quæ receptos mores nostros possent lædere: quum placito Regio firmandum nunquam sit, à Cõsiliariis, rescriptum ullum, quo Romæ aut alibi extra Provinciam dies dicetur homini Belgæ. An. 1547.

Hæc in causis beneficialibus natis ex rescriptis Romanis, atque inter Clericos, hoc est, in rebus maximè Ecclesiasticis, non tantùm primæ sed ulterioris instantiæ, à Principibus nostris ita constituta, tàm firmiter hodiè custodiuntur, ut nemini in mentem veniet de eo controversiam movere.

Si tamen quærat aliquis, unde hæc autoritas Principibus secularibus sit, statuendi de jurisdictione & judiciis Ecclesiasticis, atque circumscribendi terminis, quos dixi, Pontificiam potestatem, quæ non ab hominibus, sed à Deo Ecclesiæ & Apostolicæ sedi donata est? tum, quomodo edicta, quæ attulimus, pœnam exilii & capionis bonorũ in Clericos sanxerint, sine violatione Ecclesiasticæ immunitatis? 7.

Præterid, quod supra de officio Intercessionis adversus oppressiones dictum est: tueri optimè factum possumus, exemplo religiosissimorum Principum omnis ævi, qui & plura & graviora circa disciplinam atq; negotia Ecclesiastica, sine contradictione, atque adeò cum assensu Pontificum & Synodorum universalium constituerunt.

Acta primorum Conciliorum plena sunt mandatis, cognitio-

gnitionibus, sententiis Imperatorum, quibus Pacem Ecclesiarum concordiam Episcoporum, æquabilitatem, atque ordinem in cœtu Ecclesiastico, autoritate sua stabiliebant, aut turbatam restituebant. Bassianus Ephesi Episcopus in Chalcedonensi Synodo Art. II. Marciani auxilium ita implorat: *Omnis salus violentiam patientium nostra tranquillitas est, præcipuè autem sacerdotum Christi, quapropter & ego ad has preces veni.* Art. 13. Eunomius Nicodemiæ Antistes similiter tutelam eius expoſcit, hoc exordio usus: *Deus vobis regnum & omnium rerum Imperium, ut omnes gubernetis ad salutem orbis, & pacem Ecclesiarum, iustè donavit.*

Plures in eadem Synodo Præsulum contentiones autoritate eiusdem Imperatoris sopitæ sunt, qui demum tribus edictis Canones omnes confirmavit pœnis disertè in Clericos quoque contumaces & inquietos constitutis Exilii & confiscationis bonorum. quæ sunt ipsæ illæ pœnæ, Edictorum Regnorum, quæ ante adduximus.

Epist. Constant. apud Baron. 334. num. 9.

Ad Synodum Tyriam Constantinus Dionysium Virum Consularem misit, ut rerum gerendarum admoneret Episcopos, atque *animadversor esset & custos conservandæ æquabilitatis & ordinis.* Tituli Codicis Justinianei de *S. Trin.* de *Episcopis & Clericis* referti sunt constitutionibus Impp. Constantini, Anastasii, Arcadii, Honorii, Gratiani, Theodosii, utriusq; Leonis, Justiniani, quibus de jurisdictione seu audientia Episcopali, de Clericis, Ecclesiis, earumque bonis, atque aliis ordinem Ecclesiasticum spectantibus multa salubriter sancita, & ab Ecclesia olim placidè admissa sunt, quum nondum tanta ambitio invaluisset.

In notis ad Procopii annotata.

Omitto Novellas Const. Justiniani, quas etsi Nicolaus Alemannus, ut ambitiosas & incompetentes traducat, quod varia de personis & rebus Ecclesiasticis constituant; constat olim ab Ecclesia receptas fuisse, & in judiciis Ecclesiasticis admissas, teste Hincmaro, in Opusculo c. 17. & Ivone Ep. 280.

Caro-

Carolus M. in Capitulari Aquisgranensi A. 789. post seriã Episcoporum monitionem addit: *Quapropter & nostros ad vos missos direximus, qui ex nostri nominis autoritate una vobiscum corrigerent, quæ corrigenda essent.* Ludovicus Pius in Capitulari suo An. 823. *Quoniam*, inquit, *complacuit divinæ providentiæ naturam mediocritatem ad hoc constituere, ut sanctæ suæ Ecclesiæ & Regni huius curam gereremus.* Hos verò Principes tantùm abest ut Ecclesia eam ob causam reprehenderit, ut inter bonos & benè de se meritos semper habuerit, & ut quibusdam placet, inter Divos etiam retulerit.

8. Nimirum ea, quæ pertinent ad externam disciplinam, ordinem atque tranquillitatem Ecclesiæ, quæ plurimùm à jurisdictionis usu ac exercitio pendet. Principum sollicitudine semper procurata sunt, ut Respublica etiam hac in parte pacata esset, & composita secundum ingenium populi, secundum inveteratos mores cuiusque loci, ne Ecclesia, quæ membrum eius est, à communibus institutis dissidens, æquabilitatem eius turbaret & pacem.

Ad Anastasium Imperatorem scribens Gelasius Papa, id brevibus complexus est: *Quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscentes Imperium Tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoq; parent religionis Antistites.* Gelas. Pap. I. Ep. 8. ad Anastas. Imp.

Generale est, & ad ordinẽ publicæ disciplinæ pertinet, privilegium, ut domi & apud forum suum Belga judicetur: Clericis & laicis materia & commoditas communis est: ab omni vetustate uterque ordo hoc jus tenaciter coluit, retinuitq;: turbari quietem publicam, quum laribus suis extrahuntur incolæ, experimentis compertum, & evocationibus omni ope obviam semper itum est. Proinde ad officium spectat Principum, communes & inveteratas leges, in re communi utrique ordini scriptas & utiles, tueri, & si subreptitiis Decretis, ac usurpationibus impetantur, uti contra violentiam *auxilium* impertiri & *intercedere.* Neque aliud præstant Edicta

cta quæ memoravimus, quæ non est ideo ut quis culpet ut ambitiosa.

9. Et his quidem rationibus, etsi Principum nostrorum leges satis validæ videri poterant ad submovenda peregrina judicia, præsertim Brabantis, munitis insuper non tantùm juratis Principum pactionibus, sed & immemoriali usu, qui vim Apostolici Privilegii quoque obtinet, ut magistri Juris consentiunt; placuit tamen ut tantò firmiùs foret privilegium, & à Curialium machinationibus immune, atque, ut Justinianus loquitur, *ut ex sacerdotali & civili virtute custodiretur*, Nov. 58. Sacræ autoritatis adminiculum & oraculum adhiberi.

Itaque Leo Pontifex eius nominis X. 3. Non. Jul. 1515. *Ut indemnitatibus, indebitis vexationibus Belgarum, salubriter provideret, prout personarum & locorum ac aliis qualitatibus consideratis conspiciebat, in Domino salubriter expedire, statuit, & ordinavit, quod vasalli & subditi Caroli Archiducis, tàm laici quàm clerici seculares & regulares, pro quibuscunq; causis, forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentibus, quarumcunq; literarum Apostolicarum prætextu, extra loca, Archiduci Carolo subiecta in prima instantia citari, aut quomodolibet ad iudicium convocari non possint, sed in partibus illis in prima instantia cognoscatur, &c.*

10. Nemo ignorat, quantum momentum sit in idem consentientis utriusque supremæ potestatis. Hilarius Papa ad Hilar. Papa Epist. 11. Episcopos Galliæ scribit, *Convelli non posse, quæ & sacerdotali Ecclesiastica præceptione fulcirentur, & Regia.* Ut non sine causa Majores nostri intercesserint contrariis Decretis Concilii Tridentini, quibus negotia quædam cognitioni Romani Pontificis in prima instantia permittebantur; justa scilicet interpretatione eximentes à vi generalium constitutionum ea, quæ specialibus consuetudinibus & privilegiis aliter in certis Provinciis pridem essent introducta, quum eam interpretandi normam etiam Pontifex sibi probari ostendat. *c. 1. de constitut. in 6to.*

Dicti

Dicti Concilii sessione 13. c. 8. statuitur: *ut causa Episcoporum, quum pro criminis obiecti qualitate comparere debebunt, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.*

Consultus Brabantiæ supremus Senatus ante Concilii publicationem, ut annotaret & suggereret Regi ea capita, atque decreta morum, quæ inveteratis consuetudinibus, privilegiis, & juribus regionis existimaret adversari; de eo quod retuli capite censuit his verbis: *Il semble, qu' on pourroit traire les subiects hors du Pays, ce que seroit directement contre l' indult des saincts Papes Leon & Clement, & aussi contre les ordonnances de sa Maiesté, & de ses tresillustres tres catholiques Predecesseurs, lesquels indults ne sont accordez, ny ordonances faites sans grande & pregnante cause.*

Apparet hinc rursus existimasse Senatores Regios rerũ nostratium apprimé consultos viros, non tantùm Pontificio privilegio, sed Principum autoritate & legibus indigenis satis cautum esse incolis, etiam Prælatis & Episcopis, ne ad Tribunal Pontificum ex causa quoque criminis in jus vocari possent, de qua re decreto isto statuitur.

Studiosè repetitur eadem hæc cautio his omnibus locis, quibus ex verborum generalitate præjudicium aliquod privilegio de non evocando incolis inferri posse videbatur. Sessione 22. cap. 5. Quod statuitur in concedendis dispensationibus causam cognitionem esse adhibendam, moderantur his verbis Brabantini Consiliarii: *Les suiets ne peuuent estre tirez hors du Pays, comme dessus.*

Sessione 24. c. 5. Causæ quædam graviores Episcoporum, judicio sedis Apostolicæ reservantur, monent verò rursus Brabanti: *Que le Roy pourroit garder son anchien, droict, & autorité, pour la seurté, & tranquillité de son Pays.*

Sessione 25. de reformat. c. 10. Statuit Synodus, designandos esse in quaque Diœcesi Judices aliquod synodales, quibus causæ à sede Apostolica delegari possint. Metuunt hîc iterum Brabanti juri suo, quod tantoperè retinere cupi-

unt, notantque: *L' on pourroit tirer les ſuiets hors du Pays.* Nimirum quia Diœceſis alicubi extra provinciam excurrit.

Quæ verò à conciliis ſingularum Provinciarum ſuggeſta ſunt Regi, capita morum & privilegiorum Belgicorum, quibus nova Decreta Tridentina derogare videbantur, ea Belgii Gubernatrix Anno 1565. ſpeciali Regis juſſu literis datis ad Epiſcopos & Magiſtratus Belgii, declaravit, integra & illæſa cuique Provinciæ permanſura, non obſtante concilii generali promulgatione, his verbis: *Aux quels droicts ſa dite Maieſté n' entend eſtre derogné par le dit ſainct Concile, non point en intention de contrevenir au dict Concile, mais pour tant mieux l' effectuer & le mettre á deue execution, ſelon la qualité, & nature, d' un chaſcun Pays & Province, á laquelle l' execution doit eſtre accommodée.*

Nimirum, non lædit authoritatem Eccleſiaſticam ſeu Conciliorum, ſeu Pontificum diverſa variis in locis conſuetudo, quæ nihil contra fidem aut bonos mores uſurpat. Benè Abbas Cluniacenſis l. 1. ep. 2. *Sunt innumerabiles & diverſiſſimæ diverſarum Eccleſiarum ad unam Catholicam pertinentium conſuetudines, ut penè tanta ſit varietas, quanta multiplicitas Eccleſiarum, ſed non damnat* aliquem diverſa inſtitutio, quæ & veræ fidei inſervit, & caritatis compaginem non diſſolvit.

Si quis hæc convellere nitatur, ex Decretalium regulis aut ſcholaſticorum traditionibus, quæ dictant, non valere conſuetudines, aut uſurpationes Laicorum, eandem immemoriales, quibus violatur aut convellitur Eccleſiæ libertas, cap. Clerici X. de judiciis. c. cùm terra X. de El. c. cum inter. c. ad naturam X. X. de conſuet. Non deeſt huic nodo, quod ex eodem etiam armamentario reponamus: non poſſe quidem conſuetudinis aut præſcriptione libertatem vel poteſtatem Eccleſiaſticam in totum aboleri, poſſe tamen in quibusdam articulis ei derogari, præſertim conſuetudine quadam mixta, quæ ex Laicorum & Clericorum conſenſu exurgat,

urgat, cuiusmodi est ea, quæ coniunctim utrique ordini jus peperit, non parendi Imperiis, quæ extra Provinciam exercentur, & aliò incolas vocant, atque ita ex hac difficultate *Covarruvias* se expedit, pract. quæst. cap. 7. num. 5.

Sed necesse non est, in hanc disputationem cum Doctoribus quibusdam descendere, quando, ut jam vidimus, non sola consuetudine, usu immemoriali, aut Principum concessione, sed & Pontificio privilegio hac in parte munimur: neque res de qua agimus huiusmodi sit, ut Ecclesiasticam potestatem lædat, sed redigat solùm ad terminos rationis, æquitatis, & veterum Canonum, uti infra dicendum est.

Mansit igitur Belgis in concussum jus vetus de non evocando extra Provinciam, etiam post Concilii Tridentini evulgationem, non admissis etiam exceptionibus illis, quæ ex Decretis quibusdam secundum verborum generalitatem manare videbantur. Quodsi quis nobis, aut Majoribus nostris quasi domesticis testibus non accredat, fidem habeat homini Italo, & Historico fido, Guicciardino, qui in Belgii descriptione ita refert: *Il Pontifice, per qual si voglia pretensione, o correctione non può chiamare persona, ne Prælati, ne Laici fuori del Paese, onde é necessario que mandi o deputi qua Commissarii per vedere & intendere la causa pretenduta.* 12.

Ad Gallos etiam huius rei notitia pervenit, eiusq; meminit Chopin. lib. 2. de sacra Politia c. 4. n. 8. his verbis: *In Belgicis Hispani Regis ditionibus usu receptum est, abs pacto convento inter Regem, & Pontificem, ne causæ Ecclesiasticæ alibi, quàm in patriis litigatorum finibus dirimantur, &c.* Et addit: *Concilium Tridentinum publicatum esse in Belgio, salvis nominatim, ac reservatis Principi eiusq; Clientibus privilegiis suis omnibus.* Mentionem etiam facit Erasmus à Chokier, in Tr. de Jurisdict. in exemtos, Tomo 2. in scholiis ad Constitut. Leonis X. An. 1515.

Dubitationem verò omnem diluit declaratio seu responsum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum 23.

Jun. an. 1615. Alberto Archiduci Belgii Principi super hac re redditum, quod integrum hic transscribere operæ pretium visum est, cum ipsa Archiducis propositione, quæ & illud confirmat, quod Chopinus supponit pactis inter Pontificem & Regem id jus aliquando confirmatum fuisse. Propositio his verbis concepta est.

Quum in Burgundiæ, Brabantiæ, & Flandriæ, ac aliis Belgii partibus dominio Alberti Archiducis Austriæ subiectis, inter alia Archiepiscoporum & Episcoporum Synodalia statuta ex immemorialibus consuetudinibus, concordatis, & privilegiis notoriis earum partium huc usque in viridi tentum, & observatum sit, omnium incolarum coram exteris iudicibus nullatenus evocabilium, causas præsertim appellatorias Iudicibus synodalibus Patriæ duntaxat committi, & nihilominus inter alias Nuntiorum Apostolicorũ Belgii facultates insertum asseratur indultum, easdem causas generaliter committendi, & cognoscendi, idcò per Philippum Masium, pro eodem Alberto hîc residentem, quæritur, an per dictas facultates Nuntiorum Apostolicorum hîc annexas, possit dictis statutis & privilegiis aliquatenus derogatum censeri, iuxta cap. 20. sess. 24. de reformat.

Est verò responsum Propositioni in hanc sententiam: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, facto prius verbo cum sanctissimo Paulo P. P. V. Respondit sanctissimi & Patrum dicti Concilii intentionem non fuisse, nec esse, statutis & privilegiis huiusmodi derogare firma tamen, ac aliàs in reliquis illæsa permanente dicti capitul: 20. Sess. 24. dispositione, Romæ 23. Iunii. 1615. signatum S. Cardinalis Lancelottus dictæ congregationis Præfectus.*

14. Quum inde eluceat mentem S. Concilii neutiquam esse generalibus verbis Decretorum derogare Belgarum statutis specialibus, aut immemoriali consuetudini de non evocando; quidquid aliis sessionibus aut capitibus statutum est de causis quibusdam, coram S. Pontifice aut Judicibus Apostolicis tractandis, id eadem ratione apud nos exceptionem, aut potius

potius interpretationem patietur. Eoque jure nos hactenus firmiter uti, nec passura unquam Tribunalia Regia, ut consuetudo isthæc in discrimen adducatur, Sedis Apostolicæ nuper Internuntius Paulus Stravius, Literis suis, die 23. Jun. 1640. datis, Cardinalem Barbarinum admonuit his verbis:

Eminentissimo & Reverentissimo Signore Godano queste Provincie d' un Privilegio osservato esatamente da tempo immemoriabile che li habitanti di quelle non possino per qual si voglia causa, & in qualcuna instanza essere evocati in giudicio avanti altri Tribunali, che quelli, del proprio Paese, non trovandose tra le decisioni di cotesta Rota esser stata mai cognosciuta da quel Tribunale alcuna causa delli subditi delle medesime Provincie, & per che da alcune settimane, in qua la signatura de giustitia ha commessa (per quanto intento) in Rota la lite che pende tra Monsignore Vescovo die Gante & le Monache Brigittine, del Monasterio di Termonda, hostimato essere il debito mio di rappresentare cio reverentamente á V. E. con supplicarla che si compiaccia di ordinare quanto primo alla medesinca Rota che non s' ingerisca in modo alcuno nella cognitione di detta causa, con farla rimetter conforme il solito á qualche Giudice, in partibus, *essendo io certo & sicuro che altrimente questo Consiglio Regio Cassara & annullera senza alcun dubio tutto quello che dal istessa Rota verra in questo negotio, risoluto, & determinato, con poca reputatione, della S.ta sedem & del medesinco Tribunale.*

CAPVT III:

Ostenditur hoc jus de non adeundo Romano foro consentaneum esse veteribus Ecclesiæ Canonibus; agnitum quoque & sancitum á Romanis Pontificibus, ratione denique & illustribus exemplis niti.

1. *Sensus privilegii Belgici est, ut per Delegatum in Provincia cognoscat Pontifix.*

2. *Nicæna Synodus statuit negotia in quibus locis orta sunt, firmanda esse, & admitti Pontificiam delegationem tantum in Provincia.*

3. *Adrianus I. Papa idem Canonibus suis sanxit, maximè circa Episcoporum accusationes.*

4. *Quis sensus Clausulæ Canonibus quibusdam insertæ,* Salva Sedis Romanæ reverentia.

5. *Belgicæ Ecclesiæ turbari in iure isto nequeunt, ex vi Nicænæ Synodi, quæ inveterata Privilegia omnibus Ecclesiis mandat servari.*

6. *Habitum semper irritum, & nullum, quod fieret contra Nicænos Canones.*

7. *Etiam Pontifices volunt viribus carere, contra Canones istos elicita.*

8. *Id non esse dedecori S. Sedi.*

9. *Celebre exemplum reiectæ Evocationis Romanæ in causa Laudanensis Episcopi Anno 871.*

10. *Iniquum, imò contra ius naturæ, Romæ accusationem institui in prima instantia contra Belgam.*

11. *Alia exempla, ubi Pontificiis evocationibus obviam itum est.*

12. *Variæ formæ, quibus se adversus evocationes tutati sunt Episcopi.*

13. *Ostenditur Pontifices olim per delegatos Iudices in Provinciis iudicasse.*

14. *Singulariter id æquum & observatum est in regionibus procul ab Vrbe dissitis.*

15. *In causis criminalibus id Canones & Pontifices speciatim inculcant.*

1. NOn istud agitur, neque hic sensus Privilegii Belgici est, ut Belgæ exemtos reddere se studeant, à suprema Sedis Apostolicæ Jurisdictione, quam per universum orbem terrarum à fidelibus semper agnitam fuisse, nemo inficias potest ire. Provocationes à sententijs Ordinariorum ad Romanũ Pontificem quotidie sine difficultate admittuntur: Viget non minus apud nos, quàm alias gentes illud D. Bernardi ad Eugenium Papam, *appellatur de toto mundo ad te, id quidem in testimo-*

ib. 3. de

stimonium singularis primatus tui. Non recusamus etiam, ut de causis Episcoporum, præsertim in gravioribus cognoscat Pontifex; agnoscimus rursus hoc Bernardi ad eundem Eugenium, *Nonne si causa extiterit, tu Episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere etiam, & tradere Satanæ potes?* sine hæsitatione Antistites nostri dicturi sunt, quod olim Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus, cuius tunc autoritas in Belgicam se diffundebat, iis præivit: *Omnes scimus nostras Ecclesias subditas esse Romanæ, & nos Episcopos in Primatu Petri subditos esse Romano Pontifici, & ob id salva fide, quæ in Ecclesia semper viguit, & Domino cooperante semper florebit, nobis est, vestræ Apostolicæ autoritati obediendum.* Hoc tantùm pertenditur, ut cum de appellatione, vel de Episcoporum causis à sede Apostolica cognoscendum est, judicium per delegatos in partibus seu in Provincia exerceatur, qui si negotii gravitas ita postulare videbitur, ad eius cognitionem rem referre non prohibentur, priusquam controversiam sententia sua dirimant. Aliud est, inquit *Chopinus de S. Politia l. 2. c. 4. n. 8.* Romanam sedem agnoscere superiorem, aliud Romanum forum adire teneri. Monasteriorum & Ecclesiarum exemtiones hanc semper habuerunt interpretationem, ut licet proximè Romano Pontifici subesset, non tamen in Urbe forum sortirentur, sed ex Pontificio rescripto apud Patrios & Provinciales Judices causas suas disceptarent. *Chopin. dict. loco.*

consideratæ cap.

Lib. 2. de consid. cap. 8.

Flodoardus l. 3. c. 13.

Adeò verò non læditur delegatione Iudicum in Provincia illius sedis authoritas, ut ab hac moderatione potissimum æquitas, levitasque ejus, in cuius spiritu cuncta facienda esse monet Apostolus, commendetur, quod quum in omnibus negotiis valeat, tum vel maximè in causis primariis, seu ut loquimur, in primis instantiis & criminalibus judiciis obtinere debet, idque ab exordio Ecclesiæ tam justum & disciplinæ Ecclesiasticæ consentaneum visum est, ut & sacris Canonibus primorum Conciliorum religiosissimè sancitum sit, & optimorum Pontificum Decretis atque exemplis non semel confirmatum. Nicæ-

Nicœna Synodus (*in qua*, ut S. Leo M. ad Pulcheriam Augustam scribit: *Venerabiles illi Patres mansuras usque ad finem mundi leges Ecclesiasticorum Canonum condiderunt*) Negotia Ecclesiastica in suis quæque Provinciis terminanda esse decrevit. Quum verò ipsi Canones Nicœni iniuria temporis magna parte interciderint, testis nobis istius regulæ sit Adrianus I. Papa, qui Can. 12, inter eos, quos contra falsos accusatores condidit, *Pruaentissimè*, inquit, *iustissimeq; Nicæna seu Africana Decreta definierunt, quæcunq; negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda.*

Extant tom 3. Conciliorum. Edit. Colonienſ.

Sardicensis Synodus, in quam pleraque capitula ex Nicœnis translata esse patet ex Decretis Gratiani c. 20. 16. dist. ubi & gl. id notat, aliique docti viri observarunt. De provocationibus Episcoporum jam in Provincia sua judicatorum à Comprovincialibus suis tractans, eas quidem ad Romanum Pontificem fieri, decernit; sedita ut det Judices eos qui in proxima sunt, vel ut à latere suo aliquos mittat, cap. 7. *Et hoc plauit*, inquit Synodus, *ut si Episcopus accusatus fuerit, & omnes iudicaverint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellaverit qui deiectus videtur, & confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, & voluerit se audiri: si iustum putaverit ut renovetur examen, scribere his Episcopis dignetur Romanus Episcopus, qui in finitima & propinqua altera provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si, is, qui rogat causam suam, iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate ipsius quid velit, & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, vt habeant etiam autoritatem personæ illius à quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si verò crediderit sufficere Episcopus comprovinciales, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo Concilio suo iudicaverit.*

Tom. 1. Concil. in Concil. Sardicenſi.

Hoc ipsum verò quod inter capita Sardicensis Concilii refer-

refertur alibi, ut in commonitorio Zozimi Papæ, quod insertum est cap. 3. Concilii 6. Carthaginensis totidem verbis expressum Concilio Nicæno tribuitur.

Tantum abest, ut secundum eos, canones in prima accusationis instantia Episcopus causam dicere cogeretur in Urbe; ut nec in appellatorio judicio alia, quàm iudices dandi aut mittendi licentia, admissa sit, idque ex proxima provincia, quando iam omnes iudicaverant, qui in eadem provincia erant, vel si id censuerit, Romanus Episcopus, presbyteros ex suo latere eò destinet. Quamquam hoc postremum de mittendis à latere presbyteris, à Concilio Africano admissum non fuerit, uti liquet, ex Epistola eius ad Cælestinum Papã: *Vt aliqui*, inquit Synodus, *tanquam à tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum, quia illud quod per Coëpiscopum nostrum Faustinum tanquam ex parte Nicæni Concilii inde transmissis, in Conciliis verioribus ex authentico missis non potuimus reperire.* Tom. 1. Concil.

Quæ controversia demissione à latere, & de authentico exemplari huius canonis Nicæni in Florentina Synodo Sess. 20. rursus instaurata est.

Sed ut ut ea res se habeat, illud extra dubitationis aleam manet veteribus canonibus Nicæni sive Africani Concilii, ut bene Adrianus Papa cum distinctione loquitur, cautum esse, *in suis locis, ubi orta sunt quæq; negotia, terminanda esse.* Vnde & Adrianus, quem dixi Papa, Canonibus suis, quos contra falsos accusatores scripsit, hunc quoque inseruit, cap. 10. *Vltra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & à Comprovincialibus terminetur.* Et cap. 18. *Nullus Episcopus extra suam provinciam ad iudicium devocetur.* Quos canones aparet Adrianum ex Stephani primi aliorumque veterum Pontificum scriptis & sacris Canonibus concinnasse, uti doctissimus Hispanorum Antonius

nius Augustinus, in annotationibus quibus eos canones illustravit, singulatim ostendit.

4. Quod verò & ipse Adrianus & Veteres passim huiusmodi decretis adiiciunt, *ut salva sit in omnibus Romanæ sedis Reverentia*, iam liquet quomodo secundum canones accipiendum sit, nimirum, ut si appelletur à provincialium Episcoporum sententia ad Romanam sedem judices ab ea delegentur, aut mittantur, qui denuò in provincia causam cognoscant. Quod in Stephani Papæ II. Epistola clarè expressum est. *Omnis*, inquit, *accusatio intra provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.* cui Reverentiæ & hæc submissio addenda, ut si gravis & ardua res inciderit, in judicio, quod in provincia peragitur, ante plenariam decisionem difficultas ad sedem Apostolicam referatur, eiusque iudicium expectetur. Id quod Pelagius Papa Epistola sua ad Joannem Constantinopolitanum insinuat. *Maiores*, inquit, *& difficiles quæstiones, ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, ad sedem Apostolicam semper referantur.* Qui etiam sensus fuit Innocentii Papæ in Epistola ad Victricium Rothomagensem; *Si quæ causæ, inquit vel contentiones inter Clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut secundum Synodum Nicænam congregatis eiusdem provinciæ Episcopis Iurgium terminetur, nec alicui liceat, sine prætudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui debet in omnibus causis Reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei Ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. si autem maiores causæ in medio fuerint devolutæ, ad sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & vetus consuetudo exigit, post iudicium Episcopale, referantur.*

Refertur à Gratiano. caus. 6 qu. 3.

Inter graviores autem causas recenset, Episcopales Alexander I. scribens ad orthodoxos omnes in hæc verba: *Summarum dispositiones causarum, cuiusmodi sunt Episcopales, & omnium negotia Ecclesiarum Apostolicæ sedi à Domino commissa.* Non solum

igitur

igitur *in Appellationibus, sed & in Relationibus* sita est *Apostolicæ sedis Reverentia*, quã decreta plura, à Gratiano relata causa 6. qu. 3. salvam & illæsam esse volunt, in iis regulis, quæ Episcopis provinciarum causas ibi natas adscribunt.

Etsi verò iuxta Sacros Canones id olim observatum sit, ut de Episcoporum causis comprovinciales Episcopi primi iudicarent, nec ante peractũ ab iis iudicium & interpositam provocationem, Romani Antistites se solerent interponere, fatendum tamen est, & in prima instantia cognitionem de Episcopis ipsos Pontifices aliquando usurpasse, re ita postulante: Verum id ita perpetuo acceptum est, ut per delegatos in provincia judices, causa audiretur, instrueretur, & dicideretur. Qua proinde in parte à Nicæni & Hardicensis Concilii Canonibus, negotia locis, ubi orta sunt, alligantibus, nunquam recessum est: præsertim in longinquis, hoc est, *transmarinis, aut transalpinis* provinciis; ubi, qui rebus præsunt, incolas suos Romanis iudiciis passi non sunt hactenus involvi, etsi id per subreptitios codicillos subinde tentatum sit.

Hoc verò privilegium Belgicæ Ecclesiæ, tantis terrarũ 5.
spatiis ab Urbe dissitæ, & ad extrema Oceani constitutæ, tam tenaciter & non interrupto tenore constanter hactenus custodierunt, ut nullum ab omni ævo exemplum evocationis ad Urbem, quæ ad effectum perducta sit, possit proferri.

Atqui Nicæna, seu Sardicensis Synodus non tantum de delegandis in provincia Judicibus, & terminandis causis, ubi natæ & excitatæ sunt, cavit, sed generatim etiam omniũ Ecclesiarum vetusta privilegia diligenter atque in perpetuũ retinenda esse decrevit: ut licet ambigua foret Nicænæ Synodi de evocando extra provinciam sententia, sufficeret tamen quod sancitum est, *de privilegiis cuiq; Ecclesiæ conservandis*, Cap. 6. eaque regulâ vel solâ tuti essent Belgæ, adversus peregrina judicia.

Tantæ autem venerationis fuere semper Nicænæ Synodi Canones, unde id jus profluxit, ut sive à Romanis Episcopis, sive à sequentibus Conciliis aliquid tentaretur in contrarium, id pro nullo, irrito, & viribus cassо habendum esse decretum sit.

Epist. 54. Leo Papa ad Martianum Augustum, *Privilegia*, inquit, *Ecclesiarum sanctorum Patrum Canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis; nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari, in quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est, me perseverantem exhibere famulatum; quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum, quæ in Synodo Nicænæ ad totius Ecclesiæ regimen spiritu Dei instruente sunt conditæ, me, quod absit, connivente violentur.*

In eandem deinde sententiam Idem Pontifex ad Chalcedon. Synodum epistolam dedit. Epist. 61. *De custodiendis quoq; Sanctorum Patrum statutis, quæ in Synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestræ Sanctitatis admoneo, ut iura Ecclesiarum, sicut ab illis trecentis decem & octo Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneat. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat argumentum. Quantumlibet etiam exortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atq; irritum erit, quidquid à prædictorum Patrum Canonibus discrepârit. Quorum regulis, quàm reverenter Apostolica sedes utatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani Antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, & me auxiliante Domino nostro & Catholicæ fidei & paternarum traditionum esse custodem.*

Atque secundum hoc Decretum quoddam à Patribus Calchedonensis Synodi conceptum irritum esse declaravit, Epist. 55. epistola ad Pulcheriam Augustam data; *Consensiones vero Episcoporum*, inquit, *Sanctorum Canonum, apud Nicæam conditorum,*

torũ, regulis repugnantes, unita nobiscum vestræ fidei pietate in irritum mittimus & per auctoritatem B. Petri Apostoli generali prorsus definitione cassamus, in omnibus Ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium Sacerdotum per 318. Antistites Spiritus sanctus instituit, ita ut si multò plures aliud, quam illi statuere decernerent, in nulla reverentia sit habendum quidquid fuerit à prædictorum constitutione diversum.

Pontifices verò ipsi, si aliquid adversus venerandos Canones mandarent Decretis suis autoritatem ultrò detrahebant, &, tanquam per subreptionem & insidias obtenta, rata esse nolebant. 8.

Cùm quereretur olim apud Hilarium Papam Ingenuus Obredunensis Episcopus de jure provinciæ suæ imminuto ab Auxiano Episcopo, qui ab eodem Hilario rescriptum impetraverat Canonibus contrarium, non cognovit ipse de viribus rescripti sui, nec causam Episcoporum in urbe tractavit, sed cognitionem Episcopis quibusdam Gallicanis delegavit, addito præscripto, ut viribus carere decernerent, si quid cõtra Canones aut Ecclesiarum privilegia ipse constituisset, his verbis: *Ita vestræ caritati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adversum venerandos Canones, nihil contra sanctæ memoriæ decessoris mei iudicium valeat, quidquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus namq; Ecclesiarum privilegia, quæ semper sunt servanda confundi: quia per hoc non minus in Sanctorum traditionum delinquitur sanctiones, quam in iniuriam ipsius Domini proſilitur.* Epist. 4.

Cui argumento quoque inservit quod Gelasius I. ad Episcopos Dardaniæ scripsit: *Confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, uniuscuiusq; Synodi constitutũ, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quam primam quæ unam quamq; Synodum & sua autoritate confirmat & continuata moderatione custodivit.* Epist. 13, Itemque quod Leo IV. professus est, cuius verba Gratianus refert. Can.

Quod vero 25. quæst. 2. *Ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti, ut quod Patres nostri sive in sanctis Canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus: contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si, quod ipsi divino instituerunt consulto, intactum non conservamus.*

Et Zozimus Papa Epistola 7. ad Episcopos Viennenses & Narbonenses ait: *Contra statuta Patrum condere aliquid vel mutare nè huius quidem sedis potest authoritas; apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui Decreta Patrum sanxere reverentiam.* Tranquillitatem Ecclesiæ, quæ tantopere Principibus commendata est inde pendere Leo I. Epist. 66. profitetur. *Universæ pacis tranquillitas non aliter poterit stare, nisi sua Canonibus reverentia intemerata servetur.* Episcopi igitur, ad quos subinde mandata evocatoria, ut fit, subdolè extorta, ex urbe mittebantur, non ignari, hanc Pontificum esse mentem, ut quæ contra Canones aut Ecclesiarum privilegia essent elicita, non susciperentur, respondebant, se quidem Apostolicam sedem venerari, sed subreptitiis rescriptis vel injussu pontificio, ut credebant, compilatis, non acquiescere, se obedire quidem Romanæ sedi sed salva authoritate Nicæni Concilii; se suspicere quæ à sancta sede emanarent, si ex privilegio, id est, secundum æquitatem judiciumque sancti Petri essent
8. concepta.

Nullum porrò opprobrium est sanctæ sedi, si subreptũ ei aliquando esse dicatur circa res morales & positivas. *Neq; enim*, ut sanctus Cyprianus ait, *non tam culpandus est ille cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus qui fraudulenter obrepsit.*

Epist. 68. in edit. Pamel.

Exemplis quibusdam, quæ iam dicta sunt, illustremus Anno 871. ad Carolum Calvum literas dederat Adrianus, eius nominis Papa II. iis verbis, quæ non abludunt à formula, qua Sixtum Pontificem ad Abbatem Parcensem ante duo secula scripsisse supra vidimus. *Volumus, & auctoritate Apostolica*

lica iubemus, Hincmarum Laudunensem Episcopum vestra fretum potentia ad limina Sanctorum nostramq; venire clementiam; quo sanè veniente veniat pariter accusator idoneus, qui nulla possit authoritate legitima respui: & tunc in præsentia nostra & totius sedis Romanæ synodali Collegio, causa illius prudenti ventilata examine, ac diligenter inquisita, secundum Deum, & sanctorum Canonum constitutiones, spiritu Dei prolatas, sine protelatione aliqua finietur.

Hæc Epistola Adriani inserta est ad Longum Epistolæ Caroli Calvi, supra relata, 42.

Ad quas literas excanduisse Regem, apparet ex responso, quod cum Epistolis Hincmari Rhemensis Archiepiscopi editum est. Rescribit enim hisce haut mellitis verbis: *Contra morē prædecessorum vestrorum hoc dictum invenimus* & hac ratione affirmat: *futurum ut umbrosus secuti typhus inducatur in Ecclesiam Dei, quæ lucem simplicitatis diem Domini videre desiderantibus præfert.*

Dict. Epist.

Addit deinde: *Non est nostri Regii ministerii sacrorum Canonum iudicio condemnatum quoquam dirigere, cum apertissimè sacri Canones definiant & leges Iustiniani, ac cæterorum Catholicorum Imperatorum Edicta, qualiter, & pro quibus & à quibus debeat Episcopus iudicari; à quibus definitionibus nulli est liberum deviare: quia ut sanctus Hilarius Papa dicit, non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in iniuriam ipsius domini prosilitur,* Atque infra. *De eo quod in literis ex nomine vestro directis habetur, ut veniente Hincmaro Romam, veniat accusator idoneus, qui nulla possit authoritate legitima respui, rescribimus: quia licet hæc commendatio nulla sit ratione, atq; authoritate suffulta, si forte apud nos exlex solus Hincmarus, nova lege, priscis, tam publicis, quam Ecclesiasticis, contraria, imò ordine, novoq; more habetur, ut non nisi à vobis & Romæ valeat iudicari, pro his excessibus, de quibus habentur certa sacrorum Canonum ac legum Decreta: quæ ut Leo dicit, nulla possunt ratione convelli.* Paulo post occurrens authoritati ex Evangelio petitæ, qua Apostolica mandata muniri, & urgeri solent, *à Domino datas esse Claves, atq; dictum beatissimo Petro, quæcumq; solveris super terram, erunt soluta & in cœlis,* id explicat verbis sancti

Dict. Epist. quæ est inter Epistolas Hincmari.

sancti Leonis, qui ait: Manet ergo Petri privilegium, ubi ex ipsius æquitate fertur iudicium. Qua sententia constat, inquit, *quia non manet Petri privilegium, ubi ex ipsius æquitate non fertur iudicium cum enim, ubicumq;, dicitur, sicut nullus locus, ita nemo rector Ecclesiæ ex Petri æquitate iudicium ferens excipitur; vel contra illius æquitatem iudicium proferens, commendatur. Et quia, ubicunq;, sine ulla exceptione, non manet Petri privilegium, ubi ex ipsius æquitate non fertur iudicium, obaudiemus iussum, vel recipiemus iudicium, quod non ex Petri æquitate fuerit prolatum, ne per hoc ipsius privilegio fuerit destitutum.* Et paulò pòst: *Ergò iubete & iudicate privilegio magni Petri iuxta æquitatis eius iudicium, quæ iubenda & iudicanda sunt, ne, ut dicit, eius coapostolus, vituperetur ministerium vestrum, quia & nos secundum Regium ministerium nostrum quantum ex nobis est, cupimus servare, quod scriptum est, filii obedite parentibus vestris in Domino, videlicet quod fuerit iustum vel iudicatum à Domino.*

Cùm verò etiam excommunicationis aliarumque censurarum Ecclesiasticarum minas intentasset Adrianus, non admodum se execrationibus aut diris in causa iusta commoveri ostendit Carolus: *Nolite,* inquit, *ex vestro nomine, vel Apostolicæ sedis auctoritate, iussionis vel excommunicationum intentationes, contra Sacrarum Scripturarum tramitem, prædicationemq; Maiorum, ac sacrarum legum Sanctorumq; Canonum constitutiones, nobis de cætero scribi cuiusq; instinctu permittere, precamur: quia scitis, & scimus totum esse irritum, quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum;* Et infrà: *Quæ ex Apostolicæ sedis nomine secundum sanctarum Scripturarum tramitem, prædicationemq; Maiorum & orthodoxorum Decreta scribuntur, sequenda & tenenda non ignoramus; & quod secus à quoquam fuerit compilatum sive confectum, non solum respuendum esse cognoscimus.*

De mittendo Episcopo eodem Laudunensi cum etiam ad Rhemensem Archiepiscopum literas dedisset idem Papa Adrianus, respondit ille Pontifici in hæc verba: *Vestra sciat*

Inter Epistolas Hincmari.

authoritas, quia nec prædictum Hincmarum, nec etiam quemlibet Episcopo-

scoporum, nisi Dominus Rex iis præceperit, omam, vel in aliquam partem mea commendatione mittendi habeo potestatem, nec ipse ego ultra fines sui regni absque illius scientia progredi valeo. mari, supra relatæ editionis.

Si quis contumaciæ Caroli, & indignationi eius erga Pontificem, potius quam iustæ defensioni, & causæ æquitati adscribenda esse censeat, quæ audacius ab eo effusa videntur, non sine colore diceret, si Adrianus ipse, motus rationibus Regis, deinde non acquievisset; quod feciſſe eum apparet ex Epistola 27. quam placidam & benignitate plenam ad Carolum dedit; Agens enim denuo de causa Hincmari, ajt: *De his*, scilicet gestis contra Hincmarum, *nihil audemus iudicare, quod possit Nicæno Concilio & quinque cæterorum Conciliorum regulis vel Decretis nostrorum Antecessorum obviare.* Et paulò pòst: *Si adhuc iustam putaverit habere proclamationem, asserens se iniuste damnatum, tunc electis iudicibus, aut ex latere nostro directis cum authoritate nostra, refricentur quæ gesta sunt, & negotia in qua orta sunt provincia canonicè terminentur.* Finit igitur rem totam Adrianus verbis Concilii Nicæni, vel Sardinensis, quæ supra ex scriptis decessoris eius Adriani primi retulimus. *Negotia in qua orta sunt provincia, legitimè terminanda esse.*

Quod si æquum habitum fuit à Romano Pontifice in provocationis judicio, ubi ad Apostolicam sedem appellabat condemnatus, qui se iniq; & ob defensam sanctæ sedis authoritatem oppressum esse, querebatur, isque obtinere non potuit, Romanum judicium; sed in eadem provincia denuò judicandus relictus est: quantò æquius existimandum, ne ipsa primò accusatio in urbe instituatur de rebus, in longinquo gestis, ubi vix ullum innocentiæ præsidium accusato ad manum esse possit; ubi anteactæ vitæ probitas, quæ firmissima defensio solet haberi, ignota est; ubi, ut *inter extraneos*, Tertulliano teste, *facilè reperiuntur inimici*, ubi denique iudicaturi sint, qui iam se læsos esse quæsti sunt, quod aversabatur apud Livium olim Terentius Arsa Tribunus plebis. 10. Tertull. in Apolog. Decad. 10. lib. 3.

Hoc genus judicii non tantùm sacris Canonibus sed iuri naturæ, quæ omnia prona & aperta ad defensionum hominibus esse voluit, adversari dubium non est. Clamabat olim Cicero in Verrem: *Contra iura omnia, contraque legem Rupiliam esse, extra forum Vadimonium promittere agricolas.* Sanctus Cyprianus Episcopis accusantibus, Collegas suos iniuriam fieri censebat, *si cogerentur alibi agere causam, quam ubi & accusatores habere & testes sui criminis possent.* Additque *id non tantum ita statuum esse,* Canonibus scilicet Nicænis, *sed & æquum pariter ac iustum, ut uniuscuiusque causa illic audiatur, ubi est Crimen admissum.* Quare si accusatoribus grave existimebat, & iustitiæ inimicum, accusare ubi criminis testes ad opprimendos reos præsto non essent; nemo non videt fas atque æquum multo minus sinere, reis peregre atque apud exteros iudices dicam accusationis impingi. Id verò tam evidenti ratione, æquitateque niti Petrus Ærodius existimat, in libro quem de Instructione judiciaria scripsit, ut si violetur, adversus ius gentium & naturam fieri, pronuntiare non dubitet: quod deinde rationibus, & exemplis vetustis confirmat. Sed revertamur ad exempla, quibus Romanarum evocationum licentiam interdum repressam fuisse dicere cæpimus.

Epist. 55. ad Cornel. Pontif.

Lib. 1. n. 11. La loy, *ubi de crimine agi oporteat,* est naturelle & humaine, non point d' un tel ou tel Empereur.

II.

Paulo ante, quæ dixi tempora Ioannes Pontifex, eius nominis VIII. presbyteris quibusdam in Gallia damnatis rescripta Apostolica dederat, quibus Episcopi nonnulli Galliæ Romæ causam denuo disceptare iubebantur, sive ipsi sive eorum Vicarii, hoc est, ut hodierna formula utamur, vel per se, vel per procuratores se sisterent. Rescripsit Pontifici Galliæ Rex Carolus Calvus: *Has Epistolas non iussione Apostolica, sed ut assolet etiam in Republica, propter multiplicia reclamatorum negotia quorumcumque ministrorum pia miseratione factas, & nos,* inquit Carolus, *& illius regionis putant Episcopi.* Et postea. *Quas Epistolas sacris regulis obvias, nec authoritate Apostolica fuisse missas, sed compilatas quorumcumque vafritia credimus; non enim sibi ipsi sedes Apostolica potest esse diversa, vel contraria.* Cui

Inter Epistolas Hincmari, edit. Moguntinum. 9.

Cui rei firmandæ rursus, Nicæni Antiocheni,& Carthaginis Canones advocantur, atque ipsius Romanæ sedis authoritas profertur, toties pro conservatione Ecclesiasticæ disciplinæ oppignorata, quæ si violetur, aut si suis quæque Ecclesiis privilegia non serventur, in ipsius Domini injuriam prosiliri veteres illius sedis Antistites professi sunt.

Aliud Exemplum, sæculis aliquod posterius, Ecclesia iterum Rhemensis suppetitat, è qua Sede cum Arnulphus Episcopus pulsus esset, & subrogato ei Gereberto, Romanus Pontifex denuò de ea depositione cognoscere vellet, respondebatur in hæc verba; *Nos verò Romanam Ecclesiam propter B. Petri memoriam semper honorandam decrevimus, nec decretis Romanorum Pontificum obviare contendimus, salva tamen authoritate Nicæni Concilii, quod eadem Romana Ecclesia semper venerata est.* Refertur ab Ant. Rotsel, in hist. Eccles. in. ris dict.

Ivo etiam Carnotensis Episcopus, cum ab Abbate Majoris Monasterii ad Sedem Apostolicam esset delatus, querimoniam suam exposuit apud Synodum provincialem, de turbato judiciario ordine, minatus si ea de re sibi negata vel dilata fuerit justitia, longe lateque scriptis & dictis se clamaturũ. Epist. 265. & de ord. Epist. 35.

Paschalem quoque Pontificem literis suis obsecrat, ut intra provinciam sub iudicibus ab illo ordinatis hanc causam, in loco vicino, ubi adesse possit, tractari & terminari jubeat.

Ubi igitur Romanis mandatis, aut evocationibus præter morem majorum lacessebantur Episcopi, tutati se sunt partim authoritate Regum, veluti Hincmarus Caroli Calvi, quòd ipsis *Custodia sanctorum Canonum, protectio & pax Ecclesiarum*, quæ novitatibus maximè concutitur, à Deo commissa sit; interdum opponebant Decretis Romanis *subreptionis* vitium, vel *falsæ compilationis*: subinde ad *Nicænos Canones* provocabant; aliàs *defectum æquitatis & recti iudicii* causabantur, sine quo B. Petri privilegium & authoritatem non agnoscebant. Atq; in summa, purioribus istis sæculis ratum non habebatur, quod Canonib. aut vetustis Ecclesiarũ privilegiis adversaretur 12.

Plerumque verò sine difficultate negotia Ecclesiasti- 13.

ca & Episcoporum accusationes intra provinciarum fines Pontifices delegabant, cuius rei Exemplum Gratianus Decretis suis inseruit: *Can. decernimus 3. quæst. 9.* ubi Maximus Episcopus Valentinus apud sanctam Sedem de variis criminibus, etiam hæreseos, delatus, ad Episcopos Galliæ remissus est iudicandus. *Decernimus*, inquit, Bonifacius Papa, Epistola ad Gallos Episcopos data, Anno 419. *Vestrum debere intra provinciam esse iudicium, & congregari Synodum ante diem Kal. Novembrium, &c.* Tota verò Epistola & causa constitutio refertur tom. 1. Consil. inter Bonifacii Decretales; Ante eum Julius I. licet Athanasii causa ad sedem suam esset perducta, cognitionem Episcopis provinciæ delegavit.

Bonif. Epi. 2.

Epist. Iul. Papæ.

Agapetus, qui sedit Anno 534. recipiens Appellationem contumelioſi Galliæ Episcopi Synodali sententia depositi, scribit, se delegaturum, qui de causa eius cognoscant.

Tom. 2. Concil. inter ep st. Agapethi 7.

Sed quid Exempla singularia commemoro. Plenæ sunt Pontificum Decretales Epistolæ, huiusmodi delegationibus, quibus vices suas apud varias gentes, non in particularibus causis, sed generatim, in negotiis omnibus, regni vel provinciæ totius Episcopis ibidem committebant. Sic Hilarius Primus Arelatensem Episcopum Gallis dedit Vicarium, quod deinde secutus Gregorius Magnus, *secundum antiquam*, inquit, *consuetudinem oportunum esse, perspeximus in Ecclesiis quæ sub regno Childeberti Regis sunt, Vigilio Arelatensis Civitatis Episcopo vices nostras tribuere, &c. Vt si inter fratres nostros consacerdotesque aliqua evenerit forte contentio, authoritatis suæ vigore, vicibus nempe Sedis Apostolicæ functus*, compescat.

Hilar. Epist. 8.

Lib. 4. Epist. 32.

Idem Gregorius Ioannem defensorem transmisit in Hispaniam, ut de Episcoporum quorundam criminibus, condemnatione, rixisque denuò ibi cognosceret. Leo Magnus Epist. 81. Episcopos Thessalonicenses Sedis Apostolicæ in Oriente Vicarios semper fuisse affirmat.

Hæc perpetua observatio delegandi atque delegatos haben-

habendi in provinciis, *ut negotia, ubi orta sunt, terminarentur, & crimina, ubi admissa, expiarentur*, ostendit, quam non despoticè, sed moderatè authoritas Apostolica semper exercita sit, sine incommodo ac sumptibus provincialium, sine læsione veterum Canonum, privilegiorum & consuetudinum, *quibus accusandi licentia ultra provinciæ terminos progredi vetita est.*

Quod si uspiam æquum est custodiri, certè in longinquis regionibus summa ratio est, ne infringatur. Beatum Gregorium etiam miseratio subiit Siculorum quibus, etsi brevi freto ab Italia disiunctis, Syracusanum tamen Episcopum, Apostolicæ Sedis Vicarium constituit. *Quatenus*, inquit, *eis non sit necessarium post hæc pro parvulis ad nos causis tanta maris spatia transmeando pervenire:* Ad se verò referri solùm voluit, *negotia difficilia & quæ iudicio Delegati nequaquam dirimi possent.* Cætera pro parvis ducens. 14.

In ea, quam supra retuli, Caroli Calvi Francorum Regis cum Pontifice concertatione, locorum longinquitas, hoc est, Campaniæ Gallicæ ab Urbe, singulatim etiam urgetur à Rege, quod alia habenda sit ratio eorum Episcoporum, qui ad Romanam Synodum convenire solent, & eorum, qui in remotis ab Urbe regionibus commorantur.

Transalpinis, inquit, *& aliis, qui in similiter longinquis regionibus commorantur, Apostolica Sedes & sacrorum Canonum promulgatores, loquente in eis S. Spiritu, quæ sunt unicuique provinciæ possibilia & authoritati convenientia, atq; paci Ecclesiæ congruentia, tenenda & exequenda disertißimè præfixerunt.* Epist. Car. Calvi ad Iohannem VIII. quæ est 47. inter Hincmarianas edit. Sismond.

Hanc etiam ob causam Innocentius in Concilio Lateranensi constituit, *cap. nonnulli. 28. X. de rescript. Ne*, in iis causis quæ evocationem admittunt, *quis ultra duas dictas extra suã Diœcesim per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit, ne reus fatigatus laboribus & expensis liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur.* Id deinde Bonifacius VIII. cap. Statutum. de rescript. in 6. *Suadente*, ut inquit, *utilitate*, magis etiam re-

 strinxit,

ſtrinxit, *ne quis ultra unam dietam à ſine ſuæ Diœceſis valeat conveniri.*

Omitto Conſilium Baſilienſe, quia approbatione Apoſtolica deſtitutum, quod ſeſſ. 31. decrevit, in omnibus inſtantiis terminandas eſſe cauſas in ipſis provinciis, quæ quatuor dietis ab urbe Roma diſtarent.

15. Quod porrò generatim per Canones ut dixi conſtitutum eſt, *Negotia in provincia ubi orta ſunt terminanda eſſe*, id ſpeciatim, atque diligenter circa accuſationes Epiſcoporum ſervandum eſſe inculcatur. Fabianus Papa Hilario Epiſcopo ſcripſit: *Si quis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ab omnibus audiatur, qui ſunt in provincia ſua, Epiſcopis*, quia non oportet accuſatum alibi, quam in foro ſuo, audiri. Et rurſus: *ibi ſemper cauſa agatur ubi crimen admittitur.* Stephanus Papa in hæc verba ſcripſit ad Epiſcopos omnes: *Vltra provinciarum terminos accuſandi licentia nō progrediatur, ſed omnis accuſatio intra provinciam audiatur, &c.* Quem Canonē poſtea Adrianus Papa regulis ſuis, quas collegit adverſus falſos accuſatores, inſeruit.

Refert utrumque locū Gratianus dict. cauſ. 3. q. 6.

Quæ loca cum aliis pluribus Gratianus collegit, & conjecit in cauſam tertiam, quæſt. 6. Ubi & iſtud Sixti Pontificis Decretum refert: *Si quis Clericus ſuper quibuslibet criminibus accuſatus fuerit in provincia, in qua conſiſtit ille, qui accuſatur, ſuas exerceat actiones, nec æſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longius, ad iudicium pertrahendum.*

CAPVT IV.

Jure etiam civili quod Eccleſia pridem admiſit & Chriſtianorum gentium moribus, evocationes in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum improbantur.

1. *Non parum refert in accuſationibus Eccleſiaſticis, quia leges ſæculi, & mores gentium dicent.*

2. San-

2. *Sancitum ab Ecclesia non esse in iudiciis Ecclesiasticis recipiendas accusationes quas leges sæculi respuunt.*
3. *Iustiniani Novellæ olim valuerunt in negotiis & Iudiciis Ecclesiasticis.*
4. *Adducitur Iustiniani constitutio, evocationes in causis criminalibus damnans.*
5. *Idem statuerat antea Gratianus Imperator.*
6. *Apud Gothos in Italia regnantes idem quondam obtinuit.*
7. *Apud Francos firmissimè custoditur.*
8. *Hispani pluribus edictis prospexerunt adversus evocationes Romanas, quorum aliquot recensentur.*
9. *Lusitanorum leges consentiunt.*
10. *Hungaris idem ius est.*
11. *Item & Burgundis.*
12. *Angli quoq; cum olim Catholici essent, eo usi sunt.*
13. *Etiam Veneti.*
14. *Perstringuntur breviter vitia nuperæ evocationis Romanæ duorum Belgii Episcoporum.*

NOn tantum cum Ecclesiæ Canonibus, & inveteratis privilegiis regionis pugnat, Belgam in prima Instantia Romam vocari ad causam dicendam, uti jam vidimus; sed & juri communi Justinianeo, & gentium omnium Christianarum moribus adversari ostendendum est.

Nemo verò dicat parum ad rem facere in negotio Ecclesiastico, quid leges sæculi, aut mores gentium dictent; Pontificiam authoritatem, quam prima Sedes jure divino in Episcopos exercet, non esse alligatam regulis prophanis à Justiniano pro cursu temporalium rerum proditis. Nam in ipsa olim Nicæna Synodo constitutum est, ac à Romanis Pontificibus sæpius sancitum, ne accusationes huiusmodi in Ecclesia reciperentur, quas leges sæculi, aut exteræ consuetudines admittunt. Idque optima ratione, ne immitiora 1.

Judicia

Judicia exerceat Ecclesia, (quam decet omnis mansuetudo) his quæ mundi potestates usurpant.

2. Julius Pontifex in Epistola, quam ad Orientales Episcopos pro causa Athanasii scripsit: *in Nicæna Synodo, concorditer statutum esse* affirmat: *accusatores, & accusationes, quas sæculi leges non admittunt à sacerdotali funditus averti nocumento.*

Tom. 1. Concil. inter epist. 2. Iulii primi ad orientales Episcopos.

Altius etiam, & a temporibus Apostolorum id repetit Eusebius Papa, ad Episcopos Galliæ scribens in hæc verba: *Scitote à tempore Apostolorum servatum esse, accusatores & accusationes, quas exterarum consuetuainum leges non adsciscunt, à Clericorum accusatione submotas.* Et infra: *Nullæ accusationes à Iudicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibentur.* Nominatim verò Stephanus Pontifex id eo applicat, ne coram Judice alienigena accusatio Clericorum, aut Episcoporum instituatur. *Accusatores, & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus: nullus enim alienigena, aut accusator fiat eorum, aut Iudex. Vnde & de Loth scriptum est, ingressus es ut advena; nunquid ut Iudices? Cap. 8. causa 3. qu. 5.*

C. 5. causa 3. quæst. 6.

3. Deinde ne quis Principibus tam leviter obstrepat, sciat in negotiis Ecclesiasticis, Justiniani leges, præsertim Novellas constitutiones semper valuisse: Ivo Carnotensis epist. 280. *Dicunt*, inquit, *Instituta Novellarum, quas commendat & servat Romana Ecclesia.* Sanctus Gregorius instituit Ioannem defensorem abeuntem in Hispaniam, ut ex authoritate Novellæ Justinianeæ 123. quæ de Episcopis Clericis, & Monachis scripta est negotium inter Episcopos & Sacerdotes exortum moderetur. *De persona Presbyteri hoc attendendum est*, inquit, *quia si causam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopus ipsius adiri debuit, sicut Novella constitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis & Deo amabilibus Clericis & Monachis.*

Lib. 11. Epist. 54.

Epist. 163. Ioannes VIII. Pontifex, Episcopos quosdam qui sine causæ discussione ad excommunicationes infligendas proni erant, sic monet, ut non tantum sacris Canonibus, sed & Novel-

Novellâ quâdam Justiniani eos urgeat. *Scitote quemadmodum in centesimo Capitulo Afriani Concilii legitur, similiter in secundo Novellarum Iustiniani libro, ut nemo Episcopus aut Presbyter aliquem excommunicet antequam causa probetur.* Similiter Carolus Calvus in ea, quam supra adduxi Epistola, Adrianum Pontificem ab evocando è Gallia Hincmaro Laudunensi Episcopo dehortans, non tantum Canonum, sed etiam constitutionũ Justiniani authoritate utitur, quas nimirum sciret pridem ab Ecclesia probatas, & communi consensu in usum receptas esse, uti verba ante relata ostendunt.

Non tantùm verò sub titulo Codicis, *ubi de crimine agi oporteat*, constitutum est, crimina ubi admissa sunt in judicium deducenda esse; sed ei rei singularem, & justitia conspicuam Justinianus Novellam conscripsit. 69. *Præcipiens omnibus in universa ditione, & quæ ascendentem videt, & quæ occidentem solem, & quæ ex utroq; latere, ut unusquisq; in qua provincia deliquit, aut in qua pecuniarum, aut criminum reus sit, illic etiam iuri subiaceat.* Idque ut addit, *propter facilem probationem, & contra difficilem, si alio transeatur.* 4.

Adeò verò firmã hanc legem esse voluit. *Vt nulli permittat contra eam habere quædam privilegia, neq; excipi ab hac lege quolibet privilegio, nec si cuilibet sanctarum Ecclesiarum largitum sit, &c.*

Commendans denique novæ constitutionis æquitatẽ, subiectos suos, qui deinceps *itinere non fatigabuntur longiore, hortatur ut laudent Deum qui hæc* inquit, *nos sancire bene, & iuste illuminavit.*

Sed & ante Justinianum idem constituerat Imperator Gratianus, cuius sanctio Codici Theodosiano inserta est sub tit. de accusationibus. l. 10. *Vltra Provinciæ terminos accusandi licentia non prodiatur: oportet enim illic criminum Iudicia agitari, ubi facinus dicatur admissum. Peregrina autem Iudicia præsentibus legibus coërcemus.* 5.

Eandem æquitatis regulam viguisse sub Gothis Italiæ 6.

Regibus, ut emergentium negotiorum causâ mitterent in provincias potius, quàm homines penatibus suis extraherent, intelligi potest ex Cassiodori formula Rectoris provinciæ. *Omnino provide*, inquit, *decrevit antiquitas ad provincias mitti, ne possit ad nos veniendo mediocritas gravari.*

Rationem apud eundem dat Alaricus: Mulcta est hæc, non justitia; jus tædio dilationum sumptuumque transit in injuriam.

7. Quod apud Gallos hac in re observatum semper fuerit, nationis illius Scriptores magno numero testantur. Omniũ vice Renatum Chopinum audiamus, qui lib. 2. de sacra politia, tit. 4. nu. 7. ait: *Politicis sanctionibus posteriorum temporum Romana Sedes tenetur supremam illam sacrarum litium cognitionem demandare Gallis* Ecclesiarum *Præfectis, & intra propriam cuiusq; litigatoris Diœcesin degentibus. Quod si quid in eam legem peccatum esset, alitervé Gallici Cleri libertas immunitasq; labefactata, aut Iura Regni imminuta Pontificis Codicillis solebant ii pridem, quorum intererat querulo libello agere apud Patres Parisienses, &c.* Et paulò post addit: *Appellationem hodie solere interponi ab Ecclesiasticis Magistratibus tanquam ab abusu* Ecclesiasticæ *potestatis.*

Hoc amplius non patiuntur Galli Episcopum ullum sui Regni, omisso medio, seu proximo Judice deferri reum ad Apostolicam Sedem, sed Synodorum generalium, ac nominatim octavæ constitutionibus inhærentes per gradus ad proximos superiores judicia sua procedere, & devolvi faciunt. Chopin. dicto loco.

Secundùm hæc cum superiore seculo Episcopus Valentinus à Pio IV. ad causam dicendam super crimine hæreseos Romam in jus esset vocatus, ac deinde non se sistens uti contumax, hæreseos sententiâ notatus, factum est à Rege solenne Senatusconsultum Anno 1567. quo recepta est *tanquam ab abusu* contra eam sententiam *appellatio*, factaque severa inhibitio, ne quis obtemperare Romanæ sententiæ, aut exequi eam auderet, uti ejus ævi scripta publica fidem faciunt. In-

Inserta autem Senatusconsulto est ea ipsa ratio, quam supra adduxi. *Que par les conciles de l' eglise, e mesme par l' un des quatre Generaux, il est expressement ordonné, que les Evesques pour quelque crime que ce soit, ne doivent estre tirez hors de leur province.*

Sed supersedeo Francorum rebus referendis, quorum in Ecclesiasticis causis libertas non per omnia probatur Belgis, qui Regis Catholici Imperiis subiecti, Hispanorum libentius exempla sibi imitanda proponunt. 8.

Quibus hac in re privilegiis gaudeant & quam masculis decretis se munierunt adversus evocationes, Alvarez de Caldas singulari commentario complexus est, eaque author tractatus de primis instantiis ante annos paucos editi, longa serie recensuit.

Anno 1487. Ferdinandus Catholicus inhibuit Inquisitoribus Barcinonensibus, ne literas quasdam quibus primæ instantiæ cognitio interversa est, reciperent.

Idem Rex Anno 1505. ad Julium II. Pontificem scripsit ut delegationem quandam in præjudicium privilegiorum Regni factum revocare in animum induceret.

Anno 1509. generali Pragmatica sanctione vetuit, ne quis rescripta ulla Curiæ Romanæ circa Inquisitorum causas, se inconsulto in ditionem inferret.

Cum verò Consiliarius quinque Supremæ Curiæ Vallis Soletanæ appellationem quandam ad Romanum Tribunal temere admisissent huiusmodi causæ quæ ad Regiam notionem jure pertinebat, tanta iracundia commotus est Rex, uti Catholicus, ita & dignitatis suæ strenuus vindex, ut eos omnes Magistratu suo moverit, aliis in illorum locum substitutis. Anno 1491. *Garibay in compendio Historiali, Lib. 18. c. 40.*

Aliquoties etiam Carolus V. Imperator, & Philippus Secundus questus apud Pontificem est, de evocatione causarum ad Romana Tribunalia, addita ratione, quod Nicæni Concilii Decretis & Regni Juribus adversari eas dice-

ret Generale Consultum Supremi Senatus Castellæ Anni 1572. refert *Salgaldo de supplicat. ad Sanctissimum. parte 2. cap. 11.* inhibens ne quisquam per rescripta Apostolica extra septa regni eiusdem in jus vocetur.

9. Similem Lusitaniæ constitutionem pro illius Regni incolis ipsismet verbis ibidem n. 100. adducit. Atque addit n. 83. si quis etiam exemptus & Romano Pontifici proximè subiectus ad Judicem delegatum extra Regni terminos in jus vocetur, non solum petenti, sed & tacenti, & dissimulanti, Regiam protectionem ultro impertinendum esse. *Tanquã*, inquit, *hoc sit Regis proprium munus, & Regale officium, ne subditi tali molestia opprimantur, maximè cum Clerici, Ecclesiasticæq; personæ cives reputentur, sintq; pars populi, & membra Reipublicæ temporalis, ad quorum protectionem tenetur Princeps.*

10. Refert Bonfinius & ex eo Ant. Rossel. In Historia Pontif. Iurisdict. lib. 4. c. 7. Matthiam Hungariæ Regem Regnicolis omnibus. Optimatibus, Pontificibus, Præpositisque interdixisse, ne pro causarum disceptationibus Romanum forum adirent.

11. In Burgundia etiam particulari edicto prospectum est, ne extra ditionem istam in ullo genere causarum, incolæ in jus vocentur, quod hodieque vigere testatur eius regionis nuper Senator Grivellius decisione Polana 30. *num.* 16. *Ab antiquo*, inquit, *vetitum est solennibus edictis nostrorum Principum subditos distrahere, & extra provinciam ad litigandum vocare, sive coram Ecclesiastico, sive coram Laico, aut alio quocunq; Iudice.*

Ordonances dela Franche Comté lib. 6. L. 5. anno 1177.

12. De Regni Angliæ privilegio cum nondum à Catholica Religione desciviſſet Matthæus Paris in Hispania sua scribit his verbis: *Gravatur Regnum Angliæ, quod Angli extra Regnum in causis authoritate Apostolica trahuntur, contra Regni consuetudinem, contra iura scripta, contra indulgentias à prædecessoribus Domini Papæ, Regi, & Regno Angliæ concessas.*

13. Venetos quoque, etsi non tam longè dissitas ab urbe, gravis-

graviſſimis edictis continuiſſe olim ſubditos ſuos, ne ad Romanam Curiam invicem in jus vocarent, *ſcribit Guicciard. in Hiſtoria Italiæ. lib.* 17.

De Belgarum moribus & privilegiis ſupra ſat large dictum eſt.

Ex quibus jam liquido apparet, nec ſæculi leges, nec exteras conſuetudines ferre, ut accuſationes in locis longinquis, ubi nec domicilium habet, nec crimen admiſit accuſatus, atque adeò nec in urbe inſtitui poſſint: & conſequenter verum eſt nec in Eccleſiam Dei id eſſe recipiendum, uti à temporibus Apoſtolorum cuſtoditum & Nicænis decretis apertè ſancitum eſſe, ante oſtendimus.

Manifeſtum igitur eſt, quam non Canonica & legitima ſit, quæ emanaſſe nuper audita eſt duorum Seniorum Belgii Epiſcoporum ad Tribunal Pontificium evocatio, procurata pravis artibus factioſorum quorundam, à quibus nec ſupremi Præſulis Religio immunis eſt, qui profiteri non erubeſcit per inſidioſas ſuggeſtiones ſe quædam ſubinde incompetenter agere, quæ emendare non detrectet. Can. nos. ſi. 2. qu. 7. *Nos ſi, inquit ad Imperatorem Pontifex, incompetenter aliquid egimus, & ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſervavimus, veſtro, & miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare Iudicio.*

Quia igitur evocatio illa lædit inveterata Belgarum privilegia & inſtituta, quorum certiorem redditum fuiſſe Pontificem non apparet, pro ſubreptitia jure haberi poterit, quæ res S. Sedi neutiquam probata eſt, ut ſanctus Cyprianus in cauſa Baſilides olim cenſuit. 14.

Vel ſi ipſo non conſcio, fortè ab hominibus pravis compilata eſt, quod genus fraudis à Curia Romana hodie non eſſe alienum, Orbis Chriſtianus novit, & irrogata publicè ſupplicia teſtatum fecerunt, ut *ſuppoſitia*, aut certe *ſuſpecta* refutari poterit. Epiſtola Caroli Calvi ſupra relata.

Epistolæ Pontificum supra relatæ.

Quia vero Nicænis Canonibus adversatur ipsis Pontificibus authoribus pro *nulla irrita & invalida*, ducenda est.

S. Leo supra laudatus.

Ab æquitate verò, & communi justitiæ norma, ac gentium moribus abiens privilegio B. Petri destituitur.

Epistola Constantini ad Synodum Tyriani.

Tranquillitatis etiam communis interpellatrix publico avertenda est, præsertim eius cui Ecclesiarum *pax, æquabilitas, & ordo commissus est; quiq; violentiam patientiam; præcipuè Sacerdotum Christi salus est*, ut in Synodo Chalcedonensi Imperatorem Martianum compellat Ephesinus Episcopus.

Acta Concil. Chalced. supra relata, Act. 11.

Quod si spreta Canonum authoritate, si contemtis privilegiis, & institutis Regionum, si omni æquitate posthabita, & sine respectu publicæ tranquillitatis, exigere pergant Romanæ Curiæ Ministri, quod præstare non sit in arbitrio vocatorum; atque censurarum, insidiosa comminatione id extorquere in animum inducant, audire rursus merebuntur, quæ olim exposita sunt in simili causa: *Nolite ex vestro nomine excommunicationum intentationes contra sacrarum Scripturarum tramitem, prædicationemq; Maiorum, ac sacrarum legum, sanctorumq; Canonum constitutiones nobis de cætero scribi, cuiusq; instinctu permittere, precamur, quia scitis, & scimus totum esse irritum quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum.*

Epistola Caroli Calvi ad Adrianū Papam supra relata.

Verum à Pontificis Summi æquitate, & Apostolicæ Sedis mansuetudine mitiora expectantur, *quæ sententiam suam tantâ Concilii moderatione* olim *concipere* consuevit *tantâ patientiæ maturitate decoquere, tantaq; deliberationis gravitate proferre, ut retractione non egeat*, prout ex Gregorio Papa Gratianus refert.

Causa 35. quæst. 9.

Aliter subinde per importunitatem, fraudem, vel subreptionem latas sententias novum non est ab ipsis qui tulerant Pontificibus in melius commutari.

Nam ut Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem Epistola 7. ait, *Sententiam Romanæ Sedis non negamus posse in melius commutari, cum sibi subreptum aliquid fuerit, &c.*

Secundum quæ Baronius in annalibus Ecclesiasticis ad Annum

Annum 417. n. 48. 51. 52. refert Proclum Massilienſem Romam vocatum, ac ſententiâ Zozimi Papæ condemnatum, ab eodem melius inſtructo fuiſſe mox reſtitutum. Ex libro Pontificiali Gratianus in cap, Gregorius conſimilia exempla recenſet de Theodoſio honore Presbyterii exuto ab Eugenio & conſecrato poſtea Epiſcopo Eccleſiæ Siguinæ à Gregorio: de Leontio Depoſito, deinde Patriarchæ dignitate in Antiochenſi Eccleſiæ ornato: de Miſeno Epiſcopo à Felice damnato, & à Gelaſio ſucceſſore Eccleſiæ reddito. Dict. cauſa 35. quæſt. 9.

Plura, ſi quis eiusdem argumenti deſideret, reperiet apud eundem Gratianum Cap. Ioannes Chryſoſtomus diſtinctione 50.

Quod ſi igitur ipſas definitivas ſententias ſuas partibus plenariè utrinq; auditis prolatas æquitate ita poſtulante Romani Antiſtites non gravatè aliquando retractarunt, non aliud expectare poſſumus de præparatoriis judiciorum decretis, uti ſunt evocationes, comminationes, & his quæ partibus inauditis concipiuntur, quæ haudquaquam paris firmitatis habentur, & non rarò ex incertis rumoribus, ſtudiis partium & calumniis originem ſumunt, quæque cum tot rationibus & privilegiorum teſtimoniis oſtenſum ſit contra jura, & inveteratos mores eſſe elicita, fas eſt credere ſilentio fore obliteranda aut ab ipſa unde prodierunt ſede, circumducenda. Non abibit hac agendi ratione à ſententia deceſſorum ſuorum Innocentius, cui hanc præformavit definitionem Anacletus Papa ſcribens omnibus Epiſcopis, & reliquis Chriſti Sacerdotibus, Epiſtola 1. cap. 3. *Privilegia Eccleſiarum, & Sacerdotum, intemerata & inviolata cuncta decernimus manere temporibus. Leges Eccleſiæ Apoſtolica authoritate firmamus, & peregrina iudicia ſubmovemus.* Refert Gratianus cauſa 20. qu. 6. cap. 1.

Cum porrò humiles ſubmiſſiones ſuæ literas non unas ad ſanctam Sedem dederint evocati Epiſcopi, ut duritiam mandatorum, quibus premebantur, ad benignitatem ſi poſſent,

sent, inflecterent, omnes numeros dicendi sunt expleviſſe iuſtæ obedientiæ, ſecuti etiam moderatione plenum Conſiliũ Ivonis Carnotenſis Epiſcopi, Epiſt. 150. *Siqui aliquando ſe prægravatos ipſius Eccleſiæ autheritate conqueruntur, hoc eis conſilium damus, ut non deſcendant in Ægyptum propter auxilium, ſed ab Ipſa ad Ipſam confugiant, & inde expectant levamen unde conquerantur accepiſſe gravamen. quia quæ aliquando corripit paterna ſeveritate, eadem frequenter colligit materna pietate.*

Si verò Ægyptus ipſa ſeu mundana poteſtas ſponte ſua commota, & rei inauditæ novitate provocata, ad officium ſuum exiſtimaverit pertinere jure protectionis, ſubmovere faſcibus ſuis noxias Reipublicæ molitiones, atque inde turbas & ſcandala ſuſcitari contingat, teſtatum erit atque perſpectum omni hominum ordini, nihil ab Epiſcopis hac in re prætermiſſum, quod ad retinendam publicam quietem, aut Apoſtolicæ Sedis dignitatem conſervandã poſſet deſiderari.

CAPVT Poſtremum.

De libello famoſo in contumeliam duorum Belgii Antiſtitum nuper vulgato.

NOn ſatis fuit factioſis hominibus circumveniſſe Apoſtolicæ Sedis religionem, ut decreta citatoria emitteret, inquinata iis vitiis, quæ iam commonſtrata ſunt; niſi etiam diffamatoriis libellis, quod eſt teterrimum calumniandi genus, in optimorum Præſulum famam graſſarentur. Sceda tumultuaria, manu & charactere incognito ſcripta, nulla publica fide, aut ſigillo munita, foribus Eccleſiæ intempeſta nocte appenſa, mox detracta & exploſa, communi omnium Calculo Sycophantæ opus eſſe facilè deprehenſa eſt. Abſit enim ut quod jura omnia, & nationes abominantur, Sedi Apoſtolicæ, quæ & ipſa Canonibus ſuis hoc facinus damnat & execratur, adſcribi poſſit. Abſit ut ubi domicilium debet eſſe

esse religionis, ibi inveniatur sedes & solium calumniæ. Non vult pro suo agnosci Pontifex, aut fidem adhiberi rescripto, quod in regulas Grammatices, & rectæ constructionis impingit. *Cap. ad audientium. 11. x. de rescriptis*: non minus scilicet curiosus latiæ linguæ quam olim Cæsar Augustus, quem Suetonius refert. *Legato Consulari successorem dedisse, ut rudi & indocto, cuius manu ix i. pro ipsi, scriptum animadverterat.* Sueton. in Augusto.

Quanto maior ratio est non agnoscendi Decreti pro legitimo, & Apostolico, quod tot solœcismis Juris laborat, quod præter regulas Syntaxeos, offendit Ecclesiasticæ disciplinæ normas, à sanctis Patribus & Conciliis traditas: cuiusmodi mandata ab omnibus refutanda esse civilia pariter, & Canonica jura inculcant. *L. rescripta. Cod. de rescriptis. Can. Rescripta 25. quæst. 2.* Non est verò difficile conjicere ex quo armamentario depromptum sit hoc venenatum telum, quo elogio libellos famosos notant Imperatores Arcadius & Honorius in Theodosiano Codice, nimirum ex illa calumniæ officina, unde tot hodie Sycophantiæ, & viris bonis infesta sibila effunduntur, ac pestilentes flatus *qua data porta ruunt ac terras turbine perflant*. Ex illo, inquam, ludo ubi mentiendi, & pejerandi, & maledicendi ars per regulas traditur, ubi inter dogmata eximia, & disputationum themata propugnantur, leviculum esse peccatum viri in dignitate constituti authoritatem tibi noxiam falso crimine elidere, ubi & sicarii, & homicidæ jam invenere patronos, qui in Gymnasiis, & commentariis publicis declamant impune tolli è medio, etiam ab Ecclesiasticis viris, eos qui existimationem illorum labefactare falsis criminationibus nituntur, quas scilicet ipsi privato iudicio suo pro criminationibus habent, idque si Superis placet, specie quadam iustæ defensionis, ut famam suam integram apud populum conservent. Frustrà verò quis exclamet illud vetus *Vbi nunc lex Remmia Dormis?* Ubi lex Cornelia? Ubi estis publica judicia? Miseras sc licet leges homines

fastuosi novo quodam jure suo freti confidentur irrident, proculcant, & tanquam telas aranearũ impunè effringunt, & his artibus atque insidiis facilè cuivis quem hac ratione velut in triumphum circumducunt, insultant. In summa Donatistarum regulam sibi sequendã proposuisse videntur. Quod volumus sanctum est. Hoc calumniatorum genus exitio publico repertum nunquam satis coercitum fuit, nimirum quia ex ignoto recessu, cæca; sed felle imo sanguine tincta spicula in absentes, aut ignorantes dirigunt, modo rumores sinistros, quos ipsi confinxerunt, in vulgus spargentes; modò chartulas famosas disseminantes, aut publicè exponentes simplici, & credulo populo: confisi, ut est verisimile veteri dicto. *Non esse remedium adversus Sycophantæ morsum.* Quo magis coninti omnes boni debent, præsertim qui Reipublicæ gubernacula tenent, ut hanc pestem, & flagitiosum morem, grassatione quavis, & latrocinio deteriorem è Republica Christiana eliminent. Mirum verò cum plerique calumniam tam valide odisse videantur, patulas tamen aures ad eam excipiendam gerere, atque tam lentos esse, ac remissos si quis eâ fraude iuguletur, qua & ipsi, & optimus quisque tam facilè iugulari potest. Pernicioſa sanè patientia est, quæ impunitate hoc malum alit, quod suppliciis omnibus persequendum erat. Non dubitarunt olim boni Principes capitali pœnâ ulcisci hoc facinus, illo præsertim ævo quo certamina de religione imflammabant partium studia, quæ deinde in funestas calumnias erumpebant.

Aristophanes in Plato

Constantinus Imperator, ille calumniarum delatorũ, & jurgiorum infestus hostis, qui in Nicæna Synodo rixantium, & invicem proscindentium Antistitum libellos ne legere quidem voluit, sed complicatos coniecit in ignem, tres de famosis libellis leges edidit Codici Theodosiano insertas; atque imprimis cavit. *Vt nullas exinde calumnias patiantur ii, quorum de factis, vel nominibus aliquid continebunt.* Deinde constituit,

stituit, *ut scriptionis author requiratur, qui repertus, etsi vera probaverit quæ scripta sunt, tamen supplicio non subtrahatur.* Alterâ constitutione *eosdem libellos flammis* iussit *aboleri, quorum author nullus existit.* Tertia verò sanctio statuit *famosam scriptionem, quæ nomine accusatoris caret, minime examinandam esse, sed penitus abolendam, eumq; qui accusare vult, non captiosa, atque occulta scriptione, sed libera intentione alterius alterius vitam in iudicium devocare debere.* Constantini Patris sui vestigiis insistens Constantius filius, existimationem eorum, qui sic læduntur, rursus in tutelam suam recipiens, alia lege eidem Cod. inserta, *Non vita cuiusquam,* inquit, *non dignitas concussa his machinis vallicabit:* Imò innocentiæ argumentum inde recte peti decernit *Innocens creditur, aut, cui defuit accusator, cum non deesset inimicus.* Si enim qui instituta accusatione non convincitur, innocens habetur; maius innocentiæ testimonium habet, quem infestus inimicus ne accusare quidem palam, secundum solennia judiciorum audet.

Tandem deniq; odium olim fuit diffamantium libellorũ, ut ab Arcadio, & Honorio Imperatoribus edictum sit, *etiam eos qui famosam seriem scriptionis impudenti agnita lectione non illico discerpserint, vel lectorem cognitum prodiderint, ultorem suis cervicibus gladium reformidare debere.* Cuius legis sententiam, in Codicem suum Justinianus Imperator postea retulit, sub titulo de famosis libellis. Sed & ante hos Christianos Imperatores, ipsi gentiles Principes à sæculo suo hanc infamiam abesse voluerunt, ne insidiosis, & sine nomine libellis cuiusquam existimatio in discrimen adduceretur.

Notum est Traiani Imperatoris ad Plinium Iuniorem rescriptum: *Sine auctore propositi libelli nullo in crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli nec nostri sæculi est.* Et hoc quidem in causa religionis Christianæ cui erat infestus ita respondit: Idque imitatus Adrianus Traiani successor, non aliter quam lege agi permisit contra Christianos, hoc est servatis

Extat inter Epistolas Plinii.

vatis judiciorum solemnibus. Calumniatores verò, ut in aliorum causis pœnis solitis coerceri voluit; uti ostendit eius de hac re rescriptum ad Minucium Fundanum celebratur etiam Juliani, licet Apostatæ, prudens & ex tempore responsum, quod non sine causa Marcellinus vehementer laudat: *Ecquis innocens esse poterit, si accusasse sufficiat.*

Quod leges seculi, & Gentiles Principes in Republica tantopere execrati sunt, ab Ecclesia Dei quam decet omnis moderatio, multò magis abesse debere ambigi non potest. Ex testimoniis ante adductis apparuit à temporibus Apostolorum observatum esse, quas accusandi formas, leges, & mores sæculi damnant, eas & ab Ecclesia penitus rejici, *& sanè quod in laicæ reprehenditur, id multò magis debet in Clericis prædamnari*; inquit Adrianus I. Papa Can. 44 inter eos, quos contra falsos accusatores collegit. Sed & disertè insidiosum istud infamandi genus per incognitas scriptiones damnarunt veteres Ecclesiæ regulæ: Concilium Eliberitanum habitum Anno Christi 305. Canone. 52. ita decernit. *Hi qui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathemizentur.* Can. 46. interiam memoratos mandat, authores huiusmodi libellorum etiam corporis pœnam sustinere, ac flagellis subjici. *Eumq; qui prius invenerit, rumpere iubet, si non velit authoris facti culpam incurrere.*

Non deerunt, ut seculum nunc est, calumniæ Patroni, qui dicant vanam esse hanc contra famosos libellos declamationem, atque id quod actum est contra Episcopos pro accusatione, quod affixum pro sententia incontumaces lata, clamitent accipiendum. Sed portentum est accusatio sine legitima citatione, citatio sine sistendi & defendendi sui facultate. Clamabat olim in Verrem M. Tullius, & ut summum nefas homini exprobabat, *Crimen sine accusatore, sententiã sine Consilio, damnationem sine defensione.* Et in oratione pro Cœlio, *Aliud*, inquit, *est maledicere, aliud accusare, accusatio crimen*

men desiderat, rem ut definiat, hominem, ut noscat, argumento probet teste confirmet. Principia non gentium tantum; sed ipsius naturæ sunt, neminem indictâ causâ damnandum esse: audiendam utramque partem; Defensionem nulli intervertendam: quæ quomodo possunt omnia manifestius violari, quã si vocatus quis ad Tribunal Romanum, ubi Religione jurisjurandi, & inhibitione Regia authoritate facta, prohibetur se sistere; ubi etiam per privilegia, & mores regionis respondere, & defendere non potest, postquam absentiam submissis litteris excusavit, & legitimo judicio se obtulit, sententia nihilominus feriatur, & quasi convictus damnetur, nulla probatione præmissa, sed nudis vagisque rumoribus, & inimicorum delatione absenti invidiâ conflata: idque deinde insidioso, incognito, & quod lucem horreat scripto disseminetur clam in vulgus. Clamabat apud Ammian. Marcellinum quidam præcipiti sententia damnatus, *latrocinium esse, non iudicium quod contra ius fieret, & ut erat*, inquit, *gnarus legum accusatorem flagitabat, & solennia.* Ubi erimus Belgæ, si hæc capitibus nostris deinceps immineant? Ubi jura & privilegia majoribus nostris concessa, si hæc tam insignis, & aperta eorum conculcatio dissimulatione foveatur, & in exemplum abeat quo posteri aliquando premantur? sed audiamus Evaristum Papam, aliter successores suos, & Christi fideles instruentẽ.

Deus omnipotens inquit, ut nos a præcipitatæ sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodoniæ noluit, audita judicare priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur. Unde ipse ait, Descendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint; an non est ita ut sciam. *Deus omnipotens cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiunt, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotiis es-* Epist. 2. & in decretis Gratiani causa 2. qu. 1 Can. Deus omnipotens.

semus, & ne mala proximorum prius quisquam præsumat credere, quam probare cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam præcipites simus, aut temere, indiligenterq; indiscussa quæq; quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce. Nolite iudicare ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, &c. Nam mala audita nullum moveant nec passim dicta absq; certa probatione quisquam unquam credat: Sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usq; pervenerat, omnia sciens, prius nec credere, nec iudicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret; multo magis nos humani, & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta Dei, & hæc præcavere, & nullum ante veram, iustamq; probationem iudicare, aut damnare debemus.

Cum tam procul abeat ab hac judicii forma & moderatione, quæ nuper exposita est venerata & aculeata chartula, totque vitiis aliis laboret, non potest libelli famosi nomen, aut labem evadere, ex quacunque demum latebra emanarit, & quantumvis sanctam præseferat authoritatem, quæ non potest huiusmodi facinoribus pro mantelo esse, si ratum & fixum maneat eam *in ædificationem*, & non in *destructionem esse* collatam.

FINIS.

JUS BELGARUM
CIRCA
BULLARUM
PONTIFICIARUM
RECEPTIONEM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0093
DFG

IVO CARNOTENSIS

Epist. 238. ad Paschalem Papam.

Quod hactenus cum pace et utilitate Ecclesiæ observatum est humiliter pertinens ut de cætero observetur et Regni pax et summi Sacerdotii nulla subreptione dissolvatur. Novit Paternitas Vestra quia cum Regnum et Sacerdotium inter se conveniunt, benè regitur Mundus; floret et fructificet Ecclesia: cum verò inter se discordant, non tantùm parva res non crescunt, sed etiam magnæ res miserabiliter dilabuntur.

JUS BELGARUM CIRCA BULLARUM PONTIFICIARUM RECEPTIONEM.

Occasio Scriptionis.

EXortæ nuper turbæ inter Theologos de difficillimis quæstionibus non in eo tantum exæstuarunt immoderatiùs, quod studio vincendi plus quam oportuit certatum sit, quod etiam in Catholicis acerbius oppugnantibus hæreticos reprehendit olim *Sulpitius Severus*; sed quod præterea fines Regiæ Potestatis perturbare, & antiquissima Jura Belgarum revellere quidam hac occasione aggressi sunt. Nam cum Edicto Regis, & publicationibus Episcoporum Veteri ritu per Diœceses peractis contentionis fervor repressus esset, adhibitis cautionibus quibusdam quibus Privilegia atque vetusti Mores Regionis servarentur illæsi; obtrectatum & obmurmuratũ est ab hominibus exteris rerum Belgicarum ignaris, qui amplificandis pomœriis Romanæ Curiæ adscripti sunt: hi protestatione typis mandata & Brevi Apost lico ex Urbe procurato Athoritatem Regiam & receptissimos mores nostros suggillare verbis parum civilibus ausi

sunt; in hoc potissimum nitenti, ut solam publicationem Romæ factam novarum constitutionum Papalium sufficere obligandis Belgis persuaderent: exploso usu tum Placiti Regii impetrandi, tum particularis per singulas Diœceses publicationis: quem velut erroneam usurpationem & sacræ authoritati inimicam traducunt, consuetudinibus vetustis opponentes hoc velut oraculum à D. Gregorio petitum quod Schismaticus Episcopus protulit in illegitimo Africæ cõventu ad convellendam Ecclesiæ Romanæ traditionem de Baptismo non iterando, (a) *In Evangelio Dominus, Ego sum, inquit, Veritas, & non dixit, ego sum consuetudo.*

(a) Apud Augustin. lib. 6. cont. Donatist. c. 37.

(b) *Atqui traditiones Maiorum*, hoc est consuetudines *custodiendas esse*, non minus quam ea quæ veritas verbis enunciavit & scripto consignari voluit Apostoli præcepto movemur, atque adeò (c) *uti discordiam pariunt novitates*, teste Honorio Papa, ita ad retinendam fovendamque publicam tranquillitatem nihil æquè facit quam Maiorum instituta, & patrios mores tueri, quos ingenio Populi convenire longævus usus, & subsecuta quies Reipublicæ comprobavit. Quin & inde Ecclesiæ pacem pendere Symmachus Papa epistolâ suâ ad Episcopos Galliæ testatur: *Concordia universalis Ecclesiæ tunc præcipuè adolescit, si quæ à Patribus statuta sunt, ætas subsequens reverenter observet.* Ut non frustra primorum Conciliorum Patres receptarum consuetudinum summam rationem habendam esse decreverint: Nicæna Synodus generali effato pronuntiat, *Antiqui mores obtineant*, Ephesina sanxit, *Omnibus Provinciis lura intemerata servanda esse quæ ex antiqua consuetudine iis competunt.*

(b) Epist. 2. ad Thessal. 2. 14.

(c) Cap. eũ consuetudines x. de consuetudine.

Atque apud Belgas peculiari quadam ratione inveteratæ consuetudines sanctæ habentur. Quod aliis leges, hoc iis mores sunt; apud Maiores eorum *plus mores bonos quam leges semper valuisse.* (d) Tacitus author est. Principes in novi Imperii auspiciis jurejurando solenni adstringuntur de Privilegiis

(d) De moribus Germanorum.

legiis & inveteratis legibus sartis tectis custodiendis. Idem Sacramentum Principum Consiliariis imponitur. Ordines, Primores, Magistratus, Populus universus præcipuâ curâ in hoc incumbunt ne quid ex vetustis institutis violetur, ut si usquam verum sit quod Sapientes monuerunt, ex tempestiva rerum receptarum mutatione magnos subinde fluctus in Republica excitari, id hic imprimis cavendum atque prospiciendum sit.

Omnium maximè interesse sua Belgæ existimant, ne publicæ leges sibi imponantur novo ritu, spreto more Maiorum; id enim velut ad basin Reipublicæ movendam pertinet. Ecclesiastica Decreta hactenus placidè tranquilleque admissa sunt, quæ ingenio populi, tempori locoque congruere iudicata, & populo deinde per Diœceses proposita sunt. Nunc quidam novarum rerum studio sine audito ausu, leges Belgis volunt esse quidquid collibitum fuerit Romanæ Curiæ figere in acie Campi Floræ, ubi malos mores configi multò fuerat æquius.

Existimarunt cordati quidam viri ad comprimendas has novas molitiones, è re fore ostendere quid ea in parte in Belgio usitatum hactenus, & quam iustis rationibus subnixum sit.

PROMVLGATIONEM

Romæ factam non obligare Belgas Pontificiis Legibus.

Fas quoq; esse de subreptitiis Decretis referre ad Pontificem priusquam recipiantur.

SUMMARIA.

1. *Vetustissima consuetudo Belgarum existit publicationem particularem novarum Legum Pontificiarum.*
2. *Adstipulatur ratio huic consuetudini.*
3. *Novella constitutio Iustiniani idem sanciens recepta est ab Ecclesia.*
4. *Idem mos servatur in Conciliis Generalibus.*

5. *Etiam in publicatione Concilii Tridentini.*
6. *Mutatio vetustæ consuetudinis diſtidiis obnoxia, ideo vitanda.*
7. *Clemens VIII. consensit ut Concilium Tridentinum in Gallia promulgaretur, exceptis his quæ pacem Regni læderent, idq; arbitrio ipsius Regis.* (*Romana.*
8. *Nihil movet clausula derogatoria quam hodie apponere solet Curia*
9. *Leges Ecclesiasticæ non magis possunt incongrua publicatione Populo imponit, quam leges civiles.*
10. *Quid censendum de Bullis quas dogmaticas vocant.*
11. *In rebus facti & in condemnatione Authorum neq; Pontifex neq; Concilia infallibilia sunt.*
12. *Etiam decreta fidei si ob adiunctas pœnas aut alias clausulas publicanda sint, publicari debent consueto ritu.*
13. *Aliquando retractarunt Pontifices condemnationes Authorum,*
14. *Nocent authoritati Pontificiæ qui præoccupato studio omnia eius decreta habent pro irrefragabilibus.*
15. *Quatenus decisiones fidei solennibus publicationum sint exemptæ.*

IN acie Campi Floræ fixam novam legem, sine alio ritu obstringere Belgas, tam novum & inusitatum est ipsis Belgis, ut plerisque ante hac fuerit inauditum: etsi enim ignota non fuit vetusta de hoc argumento scholæ controversia inter Doctores exteros, in qua partem affirmantem tutati sunt Itali pleriq; & Curiæ Romanæ obnoxii vel vicini, ut *Ioannes Andreæ, Sylvester sacri Palatii Magister, Valentia. Azorius, &c.* rerũ nostrarum vel tantillum periti sciunt id nunquam apud nos
1. in dubium fuisse revocatum: qui antiquissima & inconcussa consuetudine freti, nullam vel Civilem vel Ecclesiasticam legem unquam admisimus, nisi consueto ritu insinuatam, oppidatim inculcatam, ac deinde moribus utentiũ comprobatã: ut Juris nostri profundam inscitiam prodant qui Decreta omnia Pontificum Bullariis editis comprehensa supponunt nobis hic leges esse, atque inde solam Romanam promulgationem Belgis sufficere contendunt, cum omnes sciant qui in rebus nostris prorsus hospites non sunt, ex immensis illis Bullarum

larum voluminibus non alias hic vigere, quam quæ à Præsulibus nostris populo propositæ, & receptæ sunt: nisi fortè quædam in familiis Regularium intra septa domestica observentur, quæ res nihil ad publicum facit.

Quâ præscriptione vetustæ consuetudinis etsi fortè nõ iniquum esset defungi, vel ipso Pontifice cognoscente, cui sententiam hanc præformavit eius Sedis celeberrimus (a) Antistes Gregorius: *Immotam manere debere consuetudinem, quæ contra fidem nihil usurpare dignoscitur*, tamen rationibus & exemplis aliquot consuetudo munienda est. Cum lex omnis commune præceptum sit, & omnibus subditis in commune feratur, ita proponi debet, ut innotescere pari formiter universitati Populi possit: quod non efficit generalis promulgatio, quæ ex longinquo fit, & ad quosdam pervenit, & alios præterit, præsertim qui longis terrarum spatiis dissiti *apud extremos hominum Morinos* incolunt, *& toto divisos orbe Britannos*. Qua ratione cùm facilè contingat, ut spectabilis pars communitatis legem ignoret, fit, ut nec illi teneantur, ad quorum notitiam legis sententia fortè devenit, cùm constans sit eruditorum sententia, non obligari populum lege, quando magna pars legem ignorat, aut non observat.

(a) Lib. 11. epist. 75. Idem habet Pius I. in Cod. 16. librorum l. 3. c. 19. & refertur distinct. 11. cap. 6.

2.

Apud Romanos olim non minor cura fuit promulgandarum, quàm condendarum legum. Postquàm enim rogatæ erant, & scriptæ, non tantum promulgabantur, sed æri incisæ publicè affigebantur, promulgatio verò tàm accuratè peragebatur, ut tribus nundinis repetenda esset, & vel ex eo solo impugnari lex posset, *si non idoneo die promulgata esset*, ut (a) Fabius author est. Deinde cum mille sint *hominum species & rerum discolor usus*, atque infinita morum varietas, cuius se ignarum esse dicam (b) Pontifex profitetur, difficilè est legẽ generalem Provinciis omnibus, & Populis convenire, & interdũ non impingere in publica commoda: cui rei aliter occurri non potest, quã si de his quæ incidunt admoneant legislatorem

(a) Lib. 2. Instit. Orator.

(b) Cap. 1. de constit. in 6.

latorem ii, quibus particularem promulgationem ille delegavit: qui deinde legem tēperet, uti è re esse animadverterit.

Undè cōsentienter naturalis ratione præscripto Justiniani (c) Novellâ Constitutione cautum est, ut nemo novâ lege teneatur, nisi prius debitâ promulgatione per singulas Provincias reddita fuerit *in commune manifesta*, eo ordine, quem diligenter constitutio præcipit.

(c) Novella 66.

3. Decreta Ecclesiastica publicationis solennibus adstringi, non indè tantum conficitur, quod vulgò adferunt ex cap. 1. de novi operis nuntiatione, *Leges Imperatorias ab Ecclesia servari, nisi aliud disertè Ecclesiasticà lege fuerit statutum*, aut ex generali pronuntiato (a) Glossæ *quando desunt Canones, tunc leges citari possunt*; Sed ex eo potissimum, quod Novellas Constitutiones Justiniani constet speciatim ab Ecclesia esse approbatas, & in usum receptas. Præterquam enim, quòd olim Pontifices & cæteri Episcopi passim in Ecclesiasticis negotiis & Clericorum causis iis usi sunt, & utendum esse, alios monuerunt (cuius rei luculentum est exemplum apud (b) Gregorium Magnum, atque aliud apud Ioannem VIII.) generatim ait Ivo, *Instituta legum novellarum, quas commendat, & servat Romana Ecclesia, &c.* Et (c) Hincmarus, *sed & leges Romanæ ab Imperatore Iustiniano promulgatæ, quas probat Ecclesia decernunt de Episcoporum sine Metropolitani sui authoritate profectione, &c.* Atqui Justinianus hunc morem particularis promulgationis non tantùm in Civilibus negotiis servandum præcepit, sed etiam in Ecclesiasticis legibus ipse observavit, quas ad Patriarchas direxit, ut hi ad Metropolitas mitterent, qui deinde earum insinuationem singulis Episcopis demandarent: (d) *Sanctissimi*, inquit, *Patriarchæ hæc proponant in Ecclesiis sub se constitutis, & manifesta faciant Metropolitis, quæ à nobis constituta sunt, illi rursus constitutis sub se Episcopis manifesta faciant, illorum verò singuli in propria Ecclesia hæc proponant, ut nullus nostræ Reipublicæ ignoret, &c.* Quam etiam normam secutus Gregorius Magnus, Mau-

(a) Ad cap. adiutorium dist. 10.

(b) Lib. 11. Regist. 21. Epist. 56. Epist. 163. Epist. 180.

(c) In opusc. cap. 17.

(d) Novella 6.

Mauritij Imperatoris legem, quâ vetuit, milites ad Monachismum deinceps admitti, ad Metropolitanos in Romano Patriarchatu constitutos promulgandã misit. (a) *Ego quidem,* inquit, *iussioni subiectus, eandem legem per diversas terrarum partes transmitti feci, &c.* Misit verò ad undecim Metropolitanos Italiæ, Illirici & Græciæ in Patriarchatu Romano constitutos, ut hi ulterius Episcopis inferioribus insinuarent. (a) Lib. 2. epist. 62.

Si quis, ut studia & tempora nunc sunt, Constitutiones Justiniani de rebus & personis Ecclesiasticis, quæ magno applausu â proceribus Ecclesiæ olim receptæ fuerunt, hodie repudiandas censuerit, nec ei satisfaciat quam dixi Ecclesiasticæ authoritatis accessio, attendat ipsorum Conciliorum Generalium sententiæ & vetustæ consuetudini, quæ Decretis quoqua suis neminem obstringi voluerunt, nisi prævia per provincias eorum promulgatione.

4. Nicæna Synodus litteras dedit ad eos Episcopos, qui cœtui non interfuerunt, quibus quæ gesta & decreta fuerant significavit, *eaq; literis*, inquit, *ad vos perscribere necessarium visum est, ut intelligere possitis, cùm quæ ibi in quæstionem vocata, tûm quæ Decreta sancitaq; sunt.* Alios verò, qui præsentes fuerant, redire noluit, nisi instructos Canonibus omnibus, qui de rebus controversis editi essent, quò pertinet Inscriptio quædam actis eiusdem Concilii inserta. *Catalogus Sanctorum Episcoporum per quos magna & universalis Synodus Niceæ coacta, misit omnibus in toto orbe terrarum Dei Ecclesiis, ea quæ ab ipsis per Spiritum sanctum in ea constituta sunt.* Similiter Ephesi habita Synodus, epistola circulari Provinciarum omnium Episcopos de gestis suis certiores reddidit his verbis: (a) *Quoniam autem oportebat, & absentes à Sancta Synodo, morantesq; in Vrbibus & Provinciis ob aliquod impedimentum sive Ecclesiasticum, sive corporeum non ignorare, quæ de ipsis sunt constituta, &c.* (a) Concil. 1. Ephes.

Eadem mens fuit Innocentii III. in Latarensi Concilio, quod Constitutionem quandam de Medicis, quæ refertur in

Cap. cum infirmitas. x. de pœnitentia & remissione : *Non ante ligare decernit, quam postquam per Prælatos locorum fuerit publicata.*

Arelatense Concilium primum Canones suos ad Sylvestrum Romanum Pontificem per Diœceses Romanos ab ipso promulgandas transmisit : *Placuit etiam*, inquiunt Patres, *à te, qui maiores Diœceses tenes per te, potissimùm omnibus insinuari.*

Sardicensis Synodus in eandem sententiam ad Julium eiusdem Sedis Antistitem scripsit : *Tua autem excellens prudentia disponere debet, ut per tua scripta, qui in Sicilia, in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita sunt, cognoscant.* Et ne vetera tantùm memorentur, Concilium celeberrimum nuper Tridenti habitum, etsi procurante potissimùm Rege Catholico, tum Legatis Episcopis, & Doctoribus
5. complurib⁹ eius mandatu intervenientibus ad exitum perducti⁹ esset; nō antè pro lege apud Belgas valuit, aut Decretis eius teneri se quispiam existimavit, quam per Provincias singulas ritu Majorum promulgatum esset, Rege eam promulgationem, auditâ prius sententiâ Conciliorum suorum fieri jubente, & Margaretâ Gubernatrice executionem procurante litteris ad Episcopos Concilia Regia, & Juridicos Ditionum Belgicarum, datis Anno 1564. & 1565.

Inserta ubique hac cautione : *Vous vevillant neantmoins aussi bien advertir que comme entre les articles dudit Concile il y en a aucuns concernans les Regales Droicts haulteurs & preeminences de Sa Maiesté, ses Vassaux Estats & subiects, lesquelles pour le bien & repos des Pais, & pour non reculer, & retarder le fait de nostre Saincte Religion, & eviter tout debat, contradiction & opposition, ne convient changer ou innover, Sadite Maiesté entend que en ce regard l'on se conduise comme iusques ores à esté fait, sans (comme dit est) rien y changer ou innover, & specialiment en l'endroict de la jurisdiction laycale iusques ores usitée, ensemble du droict du Patronage lay, &c. A tous lesquels Droicts & autres semblables que par cy apres*

vous

vous ſeront (beſoing eſt) touchez plus particulierement, Sa Maieſté n'entend eſtre derogé par ledit S. Concile, ny que l'on doive changer aucune choſe, non point en intention de contrevenir audit Concile, mais pourtant mieux l'effectuer, & le metre d'un chaſcun Pays & Province, à laquelle l'execution doit eſtre accommodée.

Hæc exceptio de Regni Juribus & Privilegiis conſervandis, & non imminuenda Jurisdictione antea uſitata, ea ratione nititur, quam initio attuli, ne rerum inveteratarum ſubita mutatio tranquillitatem publicam interpellaret, & ſcandalis ac diſſidiis anſam præberet: quæ alibi Pontificem quoque movit (a) *Conſultius duximus*, ait, *multitudini & obſervatæ conſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſenſionem & ſcandalum populi ſtatuendum*: qua in parte ſolitam Romanæ Eccleſiæ moderationem prolixè commendat (b) Leo Papa epiſtola ad Michaelem; addita ratione, *Quia non obſunt*, inquit, *ſaluti credentium diverſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando una fides per dilectionem operatur, &c.* 6,

(a) Cap. quod dilectio X. de conſang. & affin.
(b) Cap. 19

Quod usque eò valere voluit Alexander III. ut in re graviſſima, matrimonii ſcilicet nullitate inducenda, conſuetudinem Gallicanam quæ diſſentiret ab Eccleſiæ Romanæ regulis tolerandam exiſtimaret, in hæc verba reſcribens: (a) *Licet Romana Eccleſia non conſueverit propter maleficia legitime coniunctos dividere, ſi tamen conſuetudo generalis Gallicanæ Eccleſiæ habet ut huiusmodi matrimonium diſſolvatur; nos patienter tolerabimus.*

(a) Cap. 2. X. de frigid. & malef.

Apparet igitur, quàm procul abſimus à cœca illa Romæ promulgatarum legum receptione, quando nec ea, quæ conduntur in cœtu univerſi Orbis, non aliter à Pientiſſimis Principibus noſtris admittuntur, quam prius expenſa à rerum peritis, & temperata ſecundum uſum Regionis.

Nolo noſtra cum Gallorum actis componere, quorum libertatem in rejiciendis generatim ſaluberrimis Decretis, nonnulli exiſtimant contumaciæ adſcribendam: illud ſolùm com-

7. commemorabo, Clementem VIII. Pontificem nihil amplius à Rego Henrico eius nominis V. postulasse, cùm sibi quàm maximè haberet obnoxium & ad quidvis pronum, quam ut Concilium Tridentinum publicari per Regnum suum procuraret *exceptis, si quæ fortè adessent, quæ revera sine tranquillitatis perturbatione executioni demandari non possent*, uti liquet ex Bulla solenni reconciliationis eius cum Ecclesia, quam ad longum epistolis suis inseruit Cardinalis Perronius. Minimè verò cogitatum de acquiescendo Publicationi alibi antea factæ: huic verò Pontificis desiderio & æquissimo temperamento Rex noster mox à Concilii dimissione ultrò fuerat obsecutus, cum tota illa, quam ante retuli, Belgarum exceptio conservationi publicæ tranquillitatis innitatur.

8. Ab his quæ dicta sunt non est quod quis dimoveatur, si ea clausula apposita sit quam ajunt ex stylo Romanæ Curiæ hodie passim apponi solere novis constitutionibus, *Publicationem Romæ factam eandem vim habituram, ac si in singulis Provinciis particulatim facta esset, cum derogatione contrariarum consuetudinũ quarumcunq;*. Eius quippe vis in Belgium nondum penetravit, obstante firmissima consuetudine, quæ non patitur propter morem majorum leges ullas Belgis imponi cuiusmodi, & in Regno Neapolitano extat pragmatica Constitutio edita 30. Augusti 1561. qua expressim cautum est, clausulam istam pro non scripta habendam esse.

(a) Bernard de consid. lib. 4. c. 2.

Studiis Curiæ Romanæ cuius (a) Zelus omnis ab antiquo ferret pro dignitate tuenda & authoritate amplificanda sunt hæ despoticæ & vetustati incognitæ adjectiones, potius quam consultæ Pontificum voluntati, quorum consueta moderatio præsumi non finit immemoriales populorum usus unicâ clausulâ ab eis everti, uti nec credendum menti eorum congruere, ut pro lege nobis velint esse quod à moribus & ingenio nationis abhorret, atque ita destituitur unà è præcipuis conditionibus ad legem requisitis, (a) *ut sit secundum Patriæ*

(a) Can. erit. dist. 4.

triæ consuetudinem, loco temporiq; conveniens : id enim tantundem fuerit ac legem velle esse quæ lex non est, *& adversantia secum frontibus adversis componere.*

Sanè nec si de enixa voluntate Pontificis liqueat, huiusmodi leges sustineri possunt, quæ turbant potius quam prosunt, quæ non ædificant, sed destruunt, quæ novitate sua dissidiis occasionem præbent. Imò mandatis istis obsisti posse si quis executionem urgeat censent Cajetanus, Victoria, aliique quos Duvallius refert de Auth. Pontific. parte 4. qu. 9. & Sylvester verb. Papa n. 4. *In destruendo*, inquit, *Papa nihil potest, & ubi destructione constat, resisti potest.* Rationem refert (b) Cajetanus, *non quod aliquis possit esse Iudex Papæ, aut in illum authoritatem habeat, sed per modum defensionis, cuilibet enim est ius ad resistendum iniuriæ, & impedimentum, defendendum q;* Sed satius est ad defectum voluntatis recurrere, quam his duriusculis Authorum dictis fines ipsius potestatis attingere.

(b) Cajetan. de author. Papæ cap. 27.

Frustrà verò laborant Theologi quidam ex amplitudine Pontificiæ potestatis, quæ non à populo ut cætera Imperia, sed à Christo Domino dimanat, & sine ulla limitatione collata est, (a) *ut quidquid ligaverit aut solverit super terram, ligatum & solutum sit in cælis*, astruere, jussa quævis quantumvis gravia & incommoda Summi Pontificis pro legibus amplectenda esse, quod non perinde se habere ajunt in sæcularium Principum præceptis. Unde ulterius hoc discrimen inter leges seculares & Ecclesiasticas deducunt, ut hæ sola promulgatione in Urbe Roma possint fidelibus imponi, si appareat id enixè Pontificem velle: nequeant verò Regum Placita, nisi particulari per Provincias publicatione subditos involvere, etsi maximè velint una insinuatione in Urbe Principe defungi, quod non intelligatur Populus tam immoderatam & effusam potestatem in Principem contulisse, ut ex longinquo plures populos moribus dissidentes uno programmate queat obligare.

(a) Matth. 16. 9.

Quam satis abnormem sententiam nec ratio, nec authoritas defendit: cùm id quod æquo durius existimatur esse, in humana Dominatione, & ideò non comprehensum generali collatione supremæ potestatis, non possit dici mitissimæ authoritatis institutione, quæ *pascendi* vocabulo Apostolorũ Principi est collata, esse comprehensum, nisi prorsus invertere velimus hanc ipsius Institutoris sententiam (a) *Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non sic.* Quam veterum consensus eò pertinere docet, ut rigor & severitas quæ Regibus propria est, ab Ecclesiasticæ potestatis exercitio abesse debere significatur. Ita enim eum locum (b) Origines enarrat: *Principes gentium non contenti tantùm regere suos subiectos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem qui estis mei, non erunt hæc. Ne fortè qui videntur habere aliquem in Ecclesia Principatum, dominentur fratribus propriis, vel potestatem in eos exerceant. Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in voluntate: spiritualia autem in voluntate, non necessitate: Sic & Principes spirituales, Primatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali.* Cui consentit hæc (c) Gregorii Nazianseni sententia, *vel maximè id lex nostra, & Legislator noster sanxit, ut grex non coactè, sed sponte, & libenti animo pascatur.* Quodque (d) Hieronymus scribit, hanc inter Reges & Episcopos esse differentiam, quod Reges nolentibus, Episcopi volentibus præsint. Quibus similia apud Chrysostomum (e) reperire est, & (f) Bernardum in libris de consideratione ad Eugenium Papam, ubi de hac Divi Petri sententia, *Non dominantes in Clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum,* inquit, *solâ humilitate putes, vox Domini est in Evangelio: Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Et infert, vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur Dominatus. I ergò tu, & tibi usurpare aude, aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus Dominatum.*

(a) Luc. 22. Matth. 20.

(b) Tract. 12. in Matt.

(c) Orat. 1. apologet.

(d) Epist. 3. ad Heliodorum.

(e) Homilia 11. morali in Epist. ad Ephes.

(f) Lib. 2. cap. 6. de consider.

Ex quibus corruere necesse est dogmata quæ Imperium Sacer-

Sacerdotale absolutius faciunt, & magis despoticum Regio, & plus aliquid rigoris inesse volunt Ecclesiasticis legibus, quã civilibus cũ rectiùs de istis, quã de his dici videatur, leges quæ nimia asperitate & duritiâ offendunt & incõmodant pro non scriptis esse habendas. In quarum numero sine controversia collocandæ sunt quæ vetustissimas consuetudines nationum, non adhibita causæ cognitione unâ clausulâ evertunt. Cuiusmodi Imperiorum impatientes ab antiquo sunt Belgæ, quorum majoribus Germanis Reges præerant *authoritate potiùs suadendi, quam cogendi potestate*, si (a) Tacito fides.

(a) De moribus Germanorum.

Neque illa tantùm veterum est doctrina, leges Ecclesiasticas invitis & reluctantibus subditis imponi non posse, sed inter modernos eam tradit Eximius Sorbonici Collegii Doctor (b) Duvallius, lucubrationibus pro tuenda Pontificia authoritate editis clarus, *Vna*, inquit, *è præcipuis legis conditionibus, est, ut lex sit utilis & ad bonum publicum ordinata, atqui non potest esse utilis, si vervim & violentiam populo imponatur: neq; enim expedit ut homines ita inviti & coacti gubernentur.*

(b) Duvallius de lege humana quæst. 5.

Cui etiam sententiæ adscribi possunt Authores omnes, qui nullam legem, etiam Ecclesiasticam, nisi à subditis receptam obligare existimant, de quorum numero (a) Cardinalis Cusanus, ajt, *ad validitatem statuti tria sunt necessaria, Potestas in statuente, Publicatio statuti, & eiusdem approbatio per usum unde videmus innumera Apostolica statuta, etiam à principio postquam edita fuerint, non fuisse acceptata.* Et hanc esse communem opinionem affirmat (b) Covar. addita ratione, *Quod maximè præsumendum sit, eam legem quæ à Republica non recipitur, minimè ei convenire*, & alij, *Leges dicunt à Principe ea conditione & intentione, ut non aliter obligent quam si fuerint à Republica receptæ.*

(a) De concord. Cath. lib. 2. cap. 9. ic. 11.

(b) Lib. 2. Variar. Resol. cap. 16. num. 6.

Hæc omnia quæ ad stabiliendam necessitatem particularis Promulgationis per Provincias adducta sunt, ut & cætera novarum legum solemnia, veluti quod Placito Principis muniendæ sint si quis contendat priusquam in publicum edantur

edantur locum habere non posse in iis constitutionibus Pontificiis, quas dogmaticas vocant, quibus prohibentur libri tanquam improbatam doctrinam renovent, quæ videntur accedere fidei definitionibus, quæ infallibiles habentur & exemptæ ab aliarum legum solennibus apparent, cogitet, cùm in facto consistat quid quispiam scribat, quas propositiones tradat, an illæ quas attulit Scriptor aliquis consentiant cum antè damnatis: (a) *atq; ea quæ facti sunt etiam Prudentissimos fallant*, non esse Pontificem in condendis huiusmodi Bullis immunem ab omni subreptionis periculo, nec hæc Decreta exempta ab iis incommodis, quibus particularis publicatio, quæque eam præcedit cognitio, mederi potest.

(a) L. 2. ff. de jur. & fact. ignoran.

Non tantùm Pontificem, sed & Concilia generalia errare posse in Authorum & Scriptorum condemnatione, ac aliquando re ipsa errasse confirmant duo Eximia Apostolici Senatus Columina, Turrecremata & Bellarminus, dum Honorium Papam ab hæresi Monothelitarum, quam ei Censura Sextæ Vniversalis Synodi impegerat, eximere studeant.

9.

(b) Lib. 2. de Ecclesia cap. 93. Confitetur enim (b) Turrecremata *Patres Sextæ Synodi damnasse Honorium ut Monothelitam, sed ex falsa informatione, ac proinde in eo iudicio errasse. Quamvis enim Generale Concilium non possit errare in dogmatibus fidei definiendis, tamen errare potest in quæstionibus de facto; atq; ita dicere possumus hos Patres deceptos ex falsis rumoribus, & non intellectis Honorii epistolis, immerito eum hæreticis connumerasse.* Quæ ita ex Turrecremata refert & approbat (a) Bellarminus.

(a) Lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 11.

Nec verò opus est rem hanc pluribus illustrare exemplis, cùm idem Cardinalis Bellarminus eodem tractatu cap. 2. eiusdem libri disertè asseveret, *Convenire omnes Catholicos & hæreticos in duobus: Primò, posse Pontificem, etiam ut Pontificem & cum suo cœtu Consiliariorum, vel cum Generali Concilio, errare in controversiis facti particularibus, quæ ex informatione testimoniisq; hominum præcipuè pendent. Secundò posse Pontificem, ut privatum Doctorem,*

ctorem, errare, etiam in quæstionibus Iuris Vniversalibus tàm fidei, quàm morum, idq; ex ignorantia, ut aliis Doctoribus interdum accidit. Dupliciter porrò istiusmodi error Pontifici obrepere potest. Primò si ex falsis allegationibus ei persuadeatur, quempiam docere errorem, quem revera non doceat: sicut in causa Honorii accidisse asserit cum Turrecremata Bellarminus supra adductus. Secundò si ex falsis similiter informationibus existimet quempiam Catholicè sentire & docere, qui tamen hæreticè sentiat, aut doceat: Sic erravit Papa Zozimus in causa Cœlestii Pelagiani, quando eius librum *venena fidei continentem pronunciavit Catholicum*: prout indicat (a) Augustin. et post eum (b) Facundus Hermianensis, ubi inter alia ajt: *Inveniunt Beatum Zozimum, Apostolicæ Sedis Antistitem contra Innocentum decessoris sui sententiam, qui primus Pelagianam hæresim condemnavit, fidem ipsius Pelagii eiusq; complicis Cœlestii, quæ in Ecclesia Carthaginensi convictum atq; appellantem ad Apostolicam Sedem & ipse gestis discusserat, tamq; verum & Catholicum laudantem, insuper etiam Africanos culpantem Episcopos, quod ab illis hæretici crederentur.* Huic non absimilis est error Papæ Zephyrini in causa Montanistarum hæreticorum, de quo (c) Bellarminus eod. libro in responsione ad sextam adiectionem sic scribit: *Credibile est Zephyrinum Pontificem à Montanistis persuasum fuisse doctrinam Montani non esse diversam à doctrina Romanæ Ecclesiæ: & ideo eundem Pontificem voluisse eis pacem tradere quam abstulerant ipsius prædecessores: non quidem quod approbaret errorem, quem sui Maiores improbaverant, sed quod arbitraretur, falsò de illis erroribus accusatos fuisse Montanistas. Hoc autem non est errare circa fidem nec Montanizare, ut mentitur Rhenanus, sed errare circa personam: id quod multis aliis sanctis viris accidit.*

(a) Lib. 1. ad Bonif. cap. 3. & 4.
(b) Lib. 7. cap. 3.
(c) Lib. 4. cap. 8.

Hæc vestigia nuper secutus quidam Societatis (d) Theologus eo progressus est, ut Origenem quoque à tribus Oecumenicis Conciliis & consensu Patrum hæreseos damnatum, eâ notâ liberare tentaverit, magno volumine in id incumbens,

(d) Petrus Halloix in lib. cui titulus Origenes defensus.

cumbens, ut Judicibus errorem facti, potius quam Origini notam hæreseos aspergeret: cui rei antehac inauditæ discutiendæ nunc locus non est.

Sed etsi inter Decreta primi ordinis doctrinalia referri posset hoc genus Constitutionum, alia adhuc ratio foret exigendæ particularis Publicationis. Nam cùm censuræ Ec-
12. clesiasticæ, aliæque pœnæ adjici consueverint in contumaces, quæ nonnunquam moribus Regionum adversantur, hæc saltem in parte aliarum legum conditione censendæ erunt, ut absque cognitione & Placito Principis, sine promulgatione consueta, irrogari non possint.

Quid enim si bonorum amissio aut mulcta pecuniaria lege Pontificia indicatur? an hæc sine Publicatione, sine Principis Placito apud nos valitura sunt, quia de fide aut doctrina mentio præcessit? Nemo si sapit id tentaverit, quando nec pœnæ prorsus Ecclesiasticæ, nisi ex ritè admissa sanctione ulli hic infligi possunt. Quid etiam si ex rei novæ festinata importatione metus sit in Clero aut Populo turbas oriri posse? His talibus casibus provisum est iis Constitutionibus Justiniani, quas (ut dictum est) Ecclesia ob utilitatem olim recepit, ut supersedeat scilicet ab executione, & legislatorem admoneat is qui Populo præsidet, & cominùs rerum momenta & molitionum novarum pericula observat. *Has sacras formas* (ad Præfectum Prætorio inquit Justinian.) *quæ ad detrimentum Reipubl. per subreptionem fiunt, tua suscipiat Excellentia, non tamen prius quæ ibi sunt reposita, faciat, quam ad nos relationem de eare pertulerit, quo magis si quid, ut potest fieri, ad detrimentum factum est Reip. id corrigamus.*

Nemo opinor tam ineptè fautor erit Romanæ Curiæ, ut nunquam his vitiis laborare dicat Bullas quæ inde emanant, cum hoc confiteri non erubescant ipsi Pontifices ubi ajunt: (a) *Nos si incompetenter aliquid egimus, & subditis iusta legis tramitem non observavimus, vestro & missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio.*

(a) Can. nos 2. qu. 7.

Nec

Nec desunt exempla Retractionis Romanorum Pontificum huiusmodi Censurarum quibus Authorum scripta in re Theologica notaverant. Ita Benedictus II. scripta Juliani Præsulis Toletani, quæ primum incautius lecta improbavit, ut dicitur in Synodo Toletana 15. habita Anno 688. postquam Sacræ scripturæ testimoniis & authoritate Ecclesiasticorum Scriptorum vidit munita, pro orthodoxis agnoscere non erubuit ut refert Rodericus Toletanus Archiepiscopus & Vaseus in Chronico Hispaniæ ad eum annum. Quod idem Eugenio IV. evenisse scribitur circa quosdam Abulensis Theologicas propositiones. 13.

(a) Lib. 3. cap. 13.

Quid quod teste (b) Augustino, *& ipsa plenaria Concilia sæpe priora per posteriora emendant, cum aliquo experimento aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbiæ, sine ullo inflatæ cervice arrogantiæ, sine ulla contentione lividæ invidiæ, sancta humilitate, cum Pace Catholica, cum charitate christiana.*

(b) Lib. 2. de Baptismo contra donat. c. 3.

Quodnam igitur hoc novum genus Palponum est qui piaculum esse contendunt, & pro suggillatione Pontificiæ aurhoritatis interpretantur, si quis nutrire ausit de Decretis Romanis, quæ res facti immixtas habent & Sedem Apostolicam eo errore, qui prudentissimis subinde adhæresci, liberare satagunt ne in Ecclesia detrimentum redundet? Hos ludificatores sacræ potestatis qui non judicio, sed præoccupato studio, & non rarò pro causæ suæ commoditate Romana quævis probant, ex æquo obesse rei Christianæ, ac eos qui Pontificum professi hostes sunt censet (c) Melchior Canus familiæ Dominicanæ decus, & Regi Catholico olim à sacris confessionibus. *Qui Summi Pontificis*, inquit, *omne dere quacunque iudicium temerè ac sine delectu defendunt, hi Sedis Apostolicæ authoritatem labefactant non fovent, evertunt, non firmant; nam quid tandem adversus hæreticos ille proficiat, quem viderint non iudicio, sed affectu Patrocinium authoritatis Pontificiæ suscipere.* Idem eodem capite diligenter attigit notas illas, 14.

(c) In locis Theolog. lib. 5. c. 5.

quibus definitiones fidei à cæteris Decretis Pontificum, inferioris gradus secernuntur, quas manifestum est minimè cõvenire huiusmodi Constitutionibus quibus Scriptores librorum perstringuntur quod doctrinam renovent antea damnatam.

Non est huius loci refrigerare controversias quæ inter Catholicos vigent circa infallibilitatem Pontificis cum sine Concilio Generali definit, quam qui negant, eos & magnis authoribus niti, nec fovere impium aut insolens dogma ostendit (a) Duvallius eo tractatu quem pro authoritate Pontificia condidit. Sed ut liqueat quam non exorbitent qui in eo consistunt ut subreptionem circa rem facti authoritate Regia referri ad Summi Præsulis Tribunal procurent, nec doctrinam ipsam attingunt: audiant quid celeberrimi nominis Theologus circa ipsas fidei decisiones licitum esse scripserit (b) Driedo: *Sententia*, inquit, *Papæ circa fidem tanta Concilii moderatione concipi debet, tantaq; maturitate patientiæ decoqui & tanta deliberationis gravitate proferri, ut omninò recta sit credenda, verum quia Papa, quatenus homo, talem modum deliberationis circa ea quæ sunt fidei, potest omittere, & inniti proprio sensui propriaq; prudentiæ; idcirco etiã plerumq; liceret examinare litteras mandatorum Papæ definientis aliquid credendum esse aut fide tenendum.*

(a) Lib. 2. cap. 1.

(b) Lib. 2. de Libert. Christ. c. 2.

Rursus qui modum illum rescribendi ut error facti apud Sedem Apostolicam innotescat vellicare præsumunt, expendant, quanto plus licere existimet (a) Simanchez: *Si Papa*, inquit, *concederet aliquod rescriptum quo hæreticos absolveret à pœnis hæreticorum in præiudicium officii sanctæ Inquisitionis & periculum fidei, non esset exequendum, sed supplicandum ut revocare & emendare dignetur quod se aliter quam per vim mandatis & dispensationibus iniustis non possit quis obsistere, tutò potest se hoc modo adversus ista protegere & defendere, comprehendere etiam & punire horum mandatorum executores, dummodo moderamen hoc in negotio requisitum servetur.*

(a) Tract. de hæreticis cap. 3. §. 3. c. 44. §. 31.

Hæc

Hæc ostendunt multa incidere posse circa novas Constitutiones Pontificum cuiusvis argumenti, quæ rerum præsentium rationibus aut temporum moribus non conveniunt, quæ subreptionis vitiũ secum trahunt, quæ inusitatis clausulis quietem publicam lædunt: atque ab his incommodis non esse etiam immunes, quæ circa dogmata aliquid statuunt, quæ novos libros eorumque Authores notant, quas proinde æquum non est eximi à solitis cautionibus & observationibus, quibus nova Decreta munienda sunt, ut sine periculo tranquillitatis in Rempublicam admittantur.

Si de pura puta fidei decisione quærat aliquis quid statuendum sit? uti certum est eam sine omni publicatione admittendam esse à quovis Christiano cui innotuerit, ita si Proceribus Ecclesiæ visum fuerit promulgatione aliqua uti, eam fieri servatâ veteri formâ ratio exigit. Neque enim materia fidei hoc singulare adfert, ut quoad publicandi ritum omnia turbentur, cùm possit conservatis receptis moribus, res tranquille peragi, & ad notitiam populi perduci. Quod si sola promulgatio Romana adhibeatur, non ex vi Promulgationis tenebuntur Belgæ, sed ex notitia sua quisque obstringetur, uti obstringitur qui citra omnem publicationem dogma fidei hausit; sed nullæ pœnæ aut clausulæ appositæ fidei decisioni ex tali Promulgatione effectum hic habebunt.

BELGII

Vetustum Institutum de non admittendis Bullis Pontificiis literis PLACITI seu consensu Principis.

SUMMARIA.

1. *Antiquitas huius usus de non admittendis Bullis sine Placito Regio, & plura Principum de eadem re Edicta.*
2. *Concilium Tridentinum in Belgio non ante admissum fuit quam examinatum esset à Senatoribus Regiis.*

3. Zelus Regis Hispaniæ pro conservanda hac authoritate.
4. Consensus Gentium Christianarum in examinandis Bullis priusquam admittantur.
5. In Germania.
6. In Hispaniis.
7. In Galliis.
8. In Lusitania.
9. In Britanniæ Ducatu.
10. In Sabaudia.
11. In ditione Florentina.
12. In Regno Neapolitano.
13. Olim in Anglia adhuc Catholica.
14. In Regno Siciliæ & aliis Italiæ Regionibus.
15. In ditione Electoris Moguntini.
16. Authores præsertim Theologi omnis Ordinis hunc morem approbant.
17. Accedit authoritas ipsius Pontificis Romani.
18. Potestas recognoscendi Bullas deducitur ex ipso Iure Principatus.
19. Vtilitas huius consuetudinis in avertendis rebus noxiis.
20. Consensus Pontificis etiam exsurgit ex diutino silentio.
21. Etiam præscriptio immemorialis concurrit.
22. Itemq; concordata.
23. An opus Placito Principis in Bullis doctrinalibus?
24. Quæ olim authoritas Principum in Conciliis Generalibus?
25. Mandatum Caroli V. & Ferdinandi Cæsarum in Concilio Tridentino.
26. Principes ab Ecclesia olim provocati ut sua authoritate roborarent Decreta Ecclesiastica.
27. Aliud est divinarum legum custodia, aliud censura & iudicium de rebus sacris: illa Principibus competit, non hæc.
28. Ad evertenda ante dicta non satis est allegare stylum contrarium Romanæ Curiæ.

Hæc

HÆc quoque una est à receptissimis Belgarum consuetudinibus aliquot seculorum inconcusso usu firmata ut rescripta, Brevia, Decreta, Bullæ Romanæ, non ante in hac natione vim obtineant, aut sinantur executioni mandari, quam recognitæ, discussæ, & probatæ sint eorum calculo qui jurisdictioni vice Regia præsunt per Provincias (quam approbationem hic hodie *literas Placiti*, vel, *Placet* vocamus, in Gallia *Regium Pareatis* dicitur, & in Regno Neapolitano *Regium exequatur*) constituta à Principibus nostris pœna exilii, amissionis bonorum, aliisque in eos qui secus facere tentaverint.

Huius instituti tanta est antiquitas, ut cum in vetustissimis, quæ habemus Edictis & monumentis, eius mentio fit, tanquam res iam pridem inveterata, & à Majoribus posteritati propagata commemoretur. Ita cum Dux Burgundiæ Philippus cognomento Bonus Edicto suo 3. Jan. Anno 1447. edito, conqueritur de insolita frequentia Ecclesiasticorũ Decretorum, quibus subditos suos supra modũ affirmat vexatos fuisse, id eveniſſe ajt ex eo, quod neglecta vetusta consuetudine quæ superioribus temporibus viguerat, mandata Ecclesiastica ad Juridicos & Magistratus Provinciæ non fuissent perlata, & consensu eorum munita, uti indicat hæc Edicti clausula: **Welck toe gekomen is by dien dat de ghene die hen met de gheestelycke Gheboden willen behelpen/niet en syn by onse Officieren ende Wethouderen geweest /toonen ende opdoen de Saecken daerom hun de geestelycke gheboden van noode zyn geweest ende hun geoorlofft ende gheconsenteert/ etc. ghelyck in voorlede tyden ende van outs hecfft plegen te geschieden.** Id est, Quod evenit (scilicet subditos fuisse ultra solitum vexatos) *ex eo quod qui mandatis Ecclesiasticis uti voluerunt, non adierint Iuridicos nostros & Magistratus, & ea exhibuerint, atque expositis causis cur ea mandata obtinuerint, permissionem & consensum non impetraverint, &c. Sicut præteritis temporibus & ab antiquo solitum fuit fieri.* Ipse

1.

Ipse verò ne absoleſceret tandem ſaluberrimus mos, cuius beneficio tranquillius ante agitaverat Populus, vetus Inſtitutum renovavit, & generali oratione vetuit ſub pœna Publicationis bonorum & ſuſcipiendæ peregrinationis ad limina Apoſtolorum ne quis ſine permiſſu Magiſtratuum (quæ authoritas poſtea ad Supremas Curias translata eſt cum aliis plerisque, quæ communem Reipublicæ tranquillitatem reſpiciunt) adferat in hanc Regionem ullas monitiones, inhibitiones aut alia mandata Eccleſiaſtica ex ulla ſpirituali Curia adverſus eiusdem ditionis Incolas, Cuius verba ſunt: **Dat niemand en brenghe/offt en exequere eenighe geſtelycke Monitien/Inhibitien offt andere Geboden/op eenighe Onderſaten des Landts van Brabant/ uyt wat Saecke dat het zy/hy eerſt come by onſe Officier ende Wethouderen ende gheve hem klaerlyck te kennen de Saecke waerom/ ende verkryghe oorloff ende conſent/ etc. den ghene die dat dede ſal daeraen verbeurt hebben alle ſyne Goederen/ende de dien aen ſyn Lyff eenen wegh te S. Peeters ende S. Paulus te Roomen te doen/** id eſt, *nemo adferat aut exequatur ullas monitiones Eccleſiaſticas, aut inhibitiones, vel alia mandata in ullos ſubditos Brabantiæ, ex quacumq; demum cauſa, niſi prius adeat Iuridicum & Magiſtratus noſtros & diſertè exponat cauſam quare impetraverit, & obtineat veniam & conſenſum, &c. Qui aliter fecerit privabitur bonis ſuis, & inſuper iter ſuſcipiet ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli.*

Excipiebantur ea Conſtitutione ſola Reſcripta beneficialia **uytghenomen alleen om Saecken van ghiſtelycke Beneficien/** *præterquam ex cauſa ſola beneficiorũ Eccleſiaſticorum.* Quod inter Curiam Romanam & locorum Ordinarios antea de conferendi vicibus conveniſſet. Sed cum deinde nullũ quoque modum circa beneficiorum in Collationem obſervarent Romani, confluentibus in Urbem (ut de ſuo ævo Bernardus queritur) *Ambitioſis, avaris, Simoniacis, Sacrilegis, & huiusmodi*

ſudante,

monstris hominum, & quæstibus tota legum Canonumq; disciplina insudante, atque his nundinationibus quotidie Belgium exhauriri, & codicillis invicem adversantibus subditos litibus turbari custodes publicæ tranquillitatis animadverterent; Edictis adversus corruptissimos mores provisum est. Primò Maximiliani & Philippi Archiducum, scripto 12. Septembris 1495. quo interposita Cognitoris seu Procuratoris Generalis provocatione ad proximam Synodum œcumenicam generatim vetitum est rescripta ulla beneficialia ex urbe deinceps adferri, donec remedio adhibito publicæ sordi, aliter esset constitutum. Qua in re exemplum aliorum Regnorum Christiani Orbis se imitari Principes profitentur, etiam eorum quæ Sedi Apostolicæ Jure clientelari subsunt, *In quibus*, inquiunt, *Regnis Provisionum Romanarum exclusio magno bono cedit, ac pertinet ad tranquillitatem & solatium Ecclesiarum ac Incolarum.* Verba sunt, *Pour consideration des quelles choses (sçavoir plusieurs abus) le cours des dites Bulles, graces & autres provisions, n'y est admis, qui est, le grand bien, tranquillité & soulagement des Eglises & des subiects inhabitans en iceux Royaumes & Contrées.*

Alterum annis duodecim postea editū à Philippo Archiduce Austriæ 20. Maij 1497. admittit quidem deinceps beneficialia Rescripta Romanæ Curiæ sed hac conditione, si examinata à supremo Senatu & approbata fuerint, litteris Placiti desuper impetratis & expeditis: Indictâ pœnâ deportationis seu perpetui exilii in eos qui in legem commiserint. *Nous defendons par ces presentes à toutes personnes d' Eglise, seculiers & autres, tant estrangers comme subiects, natifs de nosdits Païs & Seigneuries, de quelque estat ou condition qu' ils soyent, qu' ils n' executent, ou permettent executer aucunes lettres, expectations, reservations, proces. Sentences, executoriales, ny autres Bulles & Provisions Apostoliques des benefices, estans in nosdits Païs: sur peine de perdre le fruict & effect d' icelles, & d' estre bannis hors d' iceux nos Païs & Seigneuries, &c. Iusques a ce que lesdites provisions & Bulles auront esté*

venes

veües en nostredit Grand conseil, & que pour execution d' icelles aurons accordée nos lettres patentes de consentement en forme deüe.

Quod verò hæ duæ sanctiones de solis Beneficialibus Rescriptis statuant, manifestam habet rationem, quod scilicet iam antea de cæteris omnibus Rescriptis & mandatis (his exceptis) satis cautum erat Ducis Philippi Edicto Anni 1447, Ut supinæ ignorantiæ sit dicere usum Placiti impetrandi ex ipsa Principum nostrorum mente ad beneficialia rescripta esse restringendum, quod voluit Franciscus Zypeus in *Analysi Iuris Pontificii Novi Tit. de Constitutionibus*, quem non tantum refellit quem dixi ordo rerum gestarum, atque Edictorum series, sed perpetuus usus uno & non intermisso tenore ultra duo secula custoditus, quem monumenta & Regesta Conciliorum Belgii ostendunt: referta scilicet Rescriptis, Provisionibus, Mandatis, Privilegiis ex Curia Romana profectis omnis Argumenti, quæ Placito & consensu Principis muniri curarunt hi quorum intererat: mulctatis subinde iis, qui neglexerant, & Rescriptis ipsis irritis declaratis. Neq; est quod quempiam turbet inscriptio præfixa Constitutioni Philippinæ Anni 1447. ab Authore editionis Codicis Belgici, quasi ad solas eas provisiones pertineat quæ ex Curia Leodicensi & Cameracensi tunc emanabant, hoc enim à privato hominum adscriptum lemma non potest legis sanctionem seu dispositionem generatim conceptam arctiorem reddere.

Denique ne quis in dubium vocet Principis mentem Rex Philippus eius nominis Secundus, pragmaticam sanctionem Anno 1574. condidit, habita prius consultatione & exquisita sententiâ Conciliorum Belgii, tum Supremorum, tum Provincialium, qua disertè vetuit, ne quis ullius argumenti Bullas, Diplomata, ex Urbe Roma aut à Legatis Pontificiis profecta, per Belgium executioni mandare ausit, nisi

litteris

litteris Placiti prius comprobata fuerint ; vel in sanctiore Consistorio vel in Brabantiæ Concilio. Cuius sanctionis verba quod in Edictorum vulgatis Codicibus non extent, operæ pretium est referre. *Desirans que ces affaires Ecclesiastiques Soyent conduicts, maintenus & reglez selon les anciennes Costitutions, Canons & Conciles de la saincte Eglise, à l' honneur de Dieu & salut de nos ames, auons par aduis & deliberation ad nos principaux Consaux, Sourerains & Provinciaux de par deça ordonné, statué & declaré par forme de Edict perpetuel, comme ordonnons, &c. que nulles Bulles, Provisions, ny autres depesches ou impetrations de Rome, ny des Legats ou Nonces Apostoliques, ou revocation d' aucunes Graces, Indults, Privileges, tant generaux que particuliers, ny aussi aucune sentence, ou executoriales rendues & decretées hors nosdicts Pais de pardeça, tendant directement ou ni directement au preiudice de cette Republique, ou d' aucun tiers particulier, se puissent admettre, sortir effect en iugement ou dehors, ny estre mises en execution en iceux nos Pais de pardeça, n' est que preallablement lesdites Lettres, Bulles Sentences & autres Impetrations, ayent esté veües & visitées & examinées par nous en nostre conseil Priué, ou en nostre Conseil de Brabant, & que les Impetrants ayent obtenu nos lettres patentes de Placet, a ce pertinentes, sur peine de perdre l' effect desdites Bulles & Provisions, & d' estre bannis de nos Pais, & corrigé a l' exemple des autres.*

Hæc constitutio non tam novum ius, quam antiquorum Edictorum Collectionem & instaurationem continet, explanatius & diffusius præcipiens, quod priore sæculo rudius præceptum fuerat. Unde nec novâ in vulgus promulgatione insinuanda fuit, sed ad Concilia Belgij missa, & in publicis monumentis custodita, rebus ipsis & factis firmiter ad hunc diem observatur, ut frustra de viribus ejus controversiam moveat Zypæus *in Analysi Iuris Pontificii Novi*, eo colore quod inter promiscuum vulgus publicatam fuisse non constet. Ad togatos quippe & eo-

rum munus dirigendum pertinet, non ad vilem popellum, cui pro lege, vetusta observatio sufficiebat, cuique piaculum sit de hac re contendere aut legem exigere.

Longum foret recensere exempla, quæ sine numero sunt rerum Placito Regio admissarum & rejectarum quæ sine eo invehebantur.

Instar omnium sit quod Concilium Oecumenicum Tridentinum, etsi Regi nostro acceptissimum, & extirpationi hæreseon per Belgium grassantium, atque instaurandæ disciplinæ tunc collapsæ peropportunum, admissum antè non fuerit, quam diligenter excussum esset à Conciliis Regiis, & Decreta singula expensa ad Belgicos mores, ac tandem cautionibus quibusdam temperatum, quibus tranquillitas publica in tuto foret, permissu Regio Publicatio ejus per singulas Diœceses Episcopis foret concessa, cuius rei gestæ series infra ad longum referenda est.

Qui inveteratum hunc morem obtinendi consensus Regii hodie concutere moliuntur, intelligant Reges nostros, uti Catholicæ Religionis Zelo nulli Principum concedunt, ita & authoritatis à Deo sibi concessæ acres esse vindices, neque specie Religionis sibi passuros imponi, ut eam imminui sinant. Meminerint verò audaculi quidam, qui scriptis suis arrodere subinde eam audent veteris dicti: *Non esse facilè in eum scribere, qui potest proscribere.*

3. Nuper de huiusmodi controversia cum Legato Pontificio certior redditus Rex noster ab Isabella Belgii tunc moderatrice, rescripsit illi in hanc sententiam, curæ ut ei foret (a) *De bien garder ses droicts, & de ne laisser perdre un seul point de ses prerogatives*, insistens scilicet vestigiis majorum suorum, inter quos ut sapientia, & regnandi arte eminuit Philippus Secundus, ita & Imperii sui pomæria ab ordine Ecclesiastico turbari ægerrimè tulit, cuius exemplum suppeditat Historia (a) Ludovici Cabreræ de gestis eiusdem Regis, quem cum offen-

(a) Epistola data Madriti 14. Aug. 1631.

(a) Lib. 13. cap. 12.

offendisset Pontificius Nuntius item intempestivâ affixione Bullæ Cœnæ Domini in Urbe Calaguritana, gravissimâ epistola indignationem suam testatus hominem Rhedæ impositum ad Gregorium XIII. tum Pontificem cum sarcinis omnibus remisit, hæc inter alia questus litteris manu sua exaratis ad Cardinalem Granvellanum: *Es fuerte cosa que por ver que yo solo soi el que respeto á la Sede Apostolica, y con summa veneration mis Reynos, en lugar de agradecermelo como devian, se aprovechan dello para quererme usurpar la autoridad, que es tan necessaria y conveniente para el servitio de Dios, y para el buen, gouierno de lo que el me ha encomendado, y assi podria ser que me forçassen à tomar nueuo camino, y yo os confiesso que me trahen muy cansado, y de cerca acabarseme la pacientia, por mucha que tengo: y si à esto se llega, podria ser que à todos pesase dello, &c.*

Quod verò supra à Principibus Belgii in Edicto Anni 1485. affirmatur, apud alios Christiani Orbis nationes, non admitti indiscriminatim atque apertâ viâ Pontificias Bullas, idque magno bono & solatio Ecclesiarum ac Reip. è re fuerit exemplis ac testimoniis è quaque gente petitis confirmare, cùm non passum referat ad rei æquitatem ostendendam gentium consensus, præsertim cultiorum, ex quo (a) M. Tullius ius quoque naturæ æstimari posse censuit. *In omni re*, inquit, *consensio omnium gentium lex naturæ putanda est*. Unde & illud Hesiodi celebratur: 4.

(a) In Tusculan. Qu.

Haud etenim penitus vana est sententia multi
Quam Populi celebrant.

Quod ne quis existimet ad res Ecclesiasticas non pertinere, & in ius omne momentum adferre debere sensum Urbis audeat (b) D. Hieronymum, *Si autoritas quæritur, Orbis maior est Vrbe*. Quamquam nec Urbis omnis authoritas improbet hanc Regum providentiam: ipso Pontifice non recusante, ut expungantur à sacris Decretis, quæ publicam tranquillitatem concutere posse videntur, ut infra fiet manifestũ. Sed accingamur ad referenda exempla quæ diximus.

(b) In Epist. ad Evagr.

Rudolphus II. Imperator Anno 1586. Legatum Apostolicum cohibuit à promulgatione Bullæ Cœnæ Domini, quam ille in Bohemia jam cœperat programmate publico insinuare cum perturbatione ſtatus illius Regni: Atq hâc uſus occaſione Cæſar generatim interdixit, ne ullæ Pontificiæ Bullæ deinceps, niſi ſe conſcio & probante, emitterentur in lucem, aut executioni mandarentur, quod & perſcribi mandavit ad Epiſcopos Sileſiæ atque Moraviæ, uti litteræ ea de re editæ fidem faciunt. 5.

Quid generatim circa Bullarum Receptionem in Hiſpaniis obtineat, duo celeberrimi iſtius gentis Scriptores teſtantur (a) Covarruvias, *In his Regnis multis in caſibus*, inquit, *& negotiis litteræ Apoſtolicæ ante executionem earum ad Regia mittuntur Tribunalia, idq; fit ex Regio Decreto ut illic examinentur, ne quid fiat & obtineatur falſis precibus, & importunis ſuggeſtionibus à Summo Pontifice adverſus Regni Regumq; Hiſpaniarum Privilegia & Apoſtolicas conceſſiones: denique ne litteræ Summi Eccleſiæ Præſulis contra publicam ſpiritualis Eccleſiaſticæ & temporalis huius Provinciæ utilitatem, præter ipſius concedentis voluntatem, executioni mandentur, etenim & alii Chriſtiani Orbis Principes eodem iure utuntur, & hactenus uſi fuere, &c.* 6.

(a) Practicarum qu. cap. 35. n. 6. variar. Reſol. lib. 2. cap. 8.

Petrus Belluga in Speculo Principis rubrica 13. In verbo, reſtat, de hac re idiomate Patrio ita pronunciat: *Impetrandoſe Bullas, Letras, tales letras ſe pueden cõnocer en el fuero ſecular de la retencion ſuya, tomandolas original mente y teniendolas ſin conſentir uſar dellas, haſta que viſtas por el Benſejo o audiencias Reales, donde ſe han de embiar, ſe determine ſi ſon en el dicho periuiccio, o no, o ſi ſe han de retener o uſar dellas, como conſta de unas leyes de la nueua recopilacion.*

E Gallia ſuppetunt huius rei teſtimonia pleno horreo. 7.

Olim à Philippo Galliæ Rege conſultus Odo Burgundiæ Dux quid de novis quibuſdam Pontificiis mandatis cenſeret, ſententiam ſuam ita apperuit: *Super his igitur Excellentiæ*

Veſtræ

vestræ notificamus, quod non videtur nobis iustum vel rationabile, nec licitum Domino Papæ vel alii, quod in Regno vestro Institutionem faciat, nisi de Consilio vestro & vestrorum; quare vos, vel alii vestri Barones & fideles, servitium & iustitias hominum suorum perdant. Consulimus etiam vobis quod nullo modo patiamini quod aliquis in Regno vestro aliquod novũ instituat, quod temporibus prædecessorum vestrorum institutum non fuerit, vel ordinatum, vel usitatum. Datæ sunt hæ litteræ Anno 1296.

De Bonifacii VIII. novis quibusdam Decretis potissimum ibi agitur, cuius etiam liber Decretalium Sextus in Gallia nunquam admissus fuit ob Regis cum Pontifice dissidium, ut observat Glossator (a) Joannes Andreas, quæ tamen nota in editione Romana postea omissa est.

(a) In cap. generali de Electione in 6.

Ludovicus Vndecimus die octava Januarii Anno 1475. sanctione nova cohibuit invalescentem id temporis Bullarum usum, quibus Regnum suum perturbari acceperat, mandans, *Que toutes lettres closes, ou patentes, Bulles, ou autres escritures, soyent montrées & exhibées, pour sçavoir si elles sont aucunement contraires, ou peuuent tourner à aucun preiudice à nous, ou aux Privileges, franchises, &c.*

Innumera huius usus exempla, Arresta, Literas, Decreta, reperire est apud plerosque Galliæ Scriptores. Atque inter cætera, quomodo Bullæ Cœnæ Domini Promulgatio inhibita fuerit An. 1580. condito speciali Senatus Consulto, ac Publicationi intercedente cognitore Regio videre est apud (a) Joannem Baptistam le Grain. *Sur la requeste presentée & faicte par le Procureur General, a esté ordonné que cõmandement & iniunction sera faite à tous les Baillifs & Seneschaux de ce ressort, esquels y à Siege Episcopal & Archi Episcopal, d'eux enquerir diligemment, si les Archevesques & Euesques de leurs Bailliages & Seneschaucées, ou leurs Vicaires ont reçeu une Bulle du Pape, ou vidimus d'icelle, intitulée Litteræ Processus, & par qui elle leur a esté enuoyée, pour icelle faire publier, & si aucune publication n'a encor esté faite, pour leur faire*

(a) In decade Historiæ Ludovici XIII. lib. 3.

faire expresses inhibitions & defences de ne la publier, & retirer des dits Archevesques, Euesques, ou leurs Vicaires, ce qui leur en a esté envoyé pour estre publié, & enuoyé le tout huict iours apres que le present arrest leur aura esté presenté: & ou aucune publication auroit esté faite, inioinct ausdits Baillifs & Seneschaux, ou leurs Lieutenans, de donner iour ausdits Archevesques, Evesques, ou leurs Vicaires, de l'ordonnance desquels ladite publication aura esté faite, pour comparoir, pour respondre, à telles demandes, fins & conclusions que le dit Procureur General poudra prendre contre eux. Et neantmoins ordonne, que le temporel des Archevesques & Euesques de ce ressort, ou la publication aura esté faite, sera saisi & mis dans la main du Roy. Ordonne que á ce que dessus sera vacqué diligemment par lesdits Baillifs & Seneschaux, ou leurs Lieutenans. Enioint aux substituts dudit Procureur General, es dits Bailliages & Seneschaucées, de faire executer le present arrest huict iours apres qu'il leur aura esté presenté, & en certifier huict iours apres ensuiuant, à peine de privation de leurs estats: & sera à ce que dessus procedé par lesdits, Baillifs, Seneschaux, ou leurs Lieutenans, non obstant oppositions ou appellations quelconques. A fait inhibitions & defences personnes, de quelque estat & qualité qu'ils soient, de les empescher á l'execution de present arrest, sur peine d'estre declarez rebelles au Roy, & criminelles de Leze Maiesté: sera le present arrest imprimé, & à l'impression, &c.

Atque noviſſimè Anno 1647. die 15. Maij, Suprema Curia Pariſienſis inhibuit cunctis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Academiarum Rectoribus, aliisque omnibus, *De ne receuoir, faire publier & executer les Decrets, & autres actes de l'inquisition de Rome, comme auſsi toutes les autres Bulles, ſans permiſsion du Roy*
8. *verifié en la Court, &c.*

Luſitania ab Alexandro III. Pontifice Regni titulo donata, hunc morem tenaciſſimè ſemper coluit, ut Regni Cancellarius cum Regio Secretario, non Bullas tantùm Pontificias, ſed mandata omnia Eccleſiaſtica recognoſceret · neq; ante finerentur effectum ſortiri, quàm ex ſubſcriptione Secretarii liqueret nullũ præiudicium fieri Regiæ authoritati

cu

cui juri cum postulante Innocentio VIII. renunciasset Ioannes II. Rex Anno 1486. interposuerunt se Regni Primores Consiliarij & Jurisconsulti, negantes licere Regi sine ordinum consensu abdicare se eo jure, quod ad communem Populi utilitatem tranquillitatemque pertineret, & nihil deliberaret de debita Jure Divino Apostolicæ Sedi reverentia. Author est (a) Augustinus Manuel Eques Ordinis Christi. 9.

(a) In Hist. Ioan. II. Lusitaniæ Regis lib. 4.

De Britanniæ Ducatu scribit (b) Argentreus & (c) Ant. Rosel, edixisse *Petrum Secundum Britanniæ Ducem sub pœna corporis & confiscationis bonorum, ne Bullæ quæcunq; in publicum Ducatus sui prodirent, antequam examinatis in suo Consistorio ipse annueret.*

(b) Lib. 2. Hist. c. 14.

(c) De iurisdict. Pontificia lib. 1. cap. 6.

De Sabaudia testis locuples est (d) Ant. Faber, eiusdem Provinciæ Præses: *Ab executione*, inquit, *Brevis Apostoli quamvis æquissimi, si inconsulto Senatu facta sit, appellari tanquam ab abusu potest, ne Principis iurisdictio impune contemta videatur, pertinet enim ad Senatus authoritatem ut provideat, ne quid ab extraneo ullo Principe fiat, quod vel Principis dignitatem, vel publicam authoritatem possit lædere.* 10.

(d) Ad Tit. Cod. de appell. ab abusu defin. 3. & 4.

De Ditione Florentina (a) Angelus.

Quod amplius est, etiam in Regnis quæ jure Feudi Sedi Apostolicæ subjiciuntur, eadem consuetudo jam pridem observata est. 11.

(a) Concil. 23.

In primis in Neapolitano Regno quod obnoxium esse constat Sedi Apostolicæ subiectione feudali, sine assensu eorum, qui supremæ jurisdictioni præsunt, seu uti loquuntur, sine Regio exequatur, nulla rescripta aut Bullæ Romanæ admittuntur. Atque exstat exemplum litterarum Ferdinandi Catholici, huius Regni & Arrogoniæ Regis Anni 1508. quo offensionem suam denuntiat Proregi Neapolitano quod remissius egisse hac in re videretur, & hominem qui mandata Romana, spreto Regni more intulerat, protinus in furcam non egisset, quarum litterarum verba integrè hic referre non abs re visum est. 12.

Illustre y Reverendo Conde, y Castellan de Amposta nuestro muy caro Sobrino, Virey y lugar Teniente general, vimos nuestras cartas de seys del presente, y la carta clara y la cifra a que vos os remetiades, en que dezis que nos escriviades largamente el caso del Breve, que el cursor del Papa presento á vos, y à los de nuestro Consejo que con vos residen: deviera quedar par olvido, porque no vino a ca, Pero por lo que escrivio Micer Sonch, entendimos todo el dicho caso, y tambien le que passo sobre lo de la cava. De todo lo qual, hemos receuido grande altercation, enoio, y sentimiento, y estamos muy marauillados, y mal contentos de vos, viendo, de quanta importancia, y periuizio nuestro, y de nuestras preeminencias y dignidad Real, era el auto que fizo el cursor Apostolico, mayormente siendo auto defecho, y contra derecho, y no he visto fazer en nuestra memoria à ningun Rey, ni Viso Rey de mi Reyno, porque vos no fiziestes tambien de hecho mandando ahorcar el cursor que vos la presentò, que claro esta que no solamente en esse Reyno, si el Papa sabe que en Espanna y Francia le han de consentir facer semeiante auto, que esse, que lo fera por acrecentar su iurisdiction: ellas los buenos Viso Reyes ataiando y remediando de la manera que he dicho, y con un castigo que fagan en un semeiante caso, nunca mas se osan fazer otros, como antiguamente se vio por experiencia. Pero aviendo precedido las descommuniones que se dexaron presentar al Commissario Apostolico en lo de la cava, claro estava que viendo que se sufria lo uno, se avia de atrever à lo otro. Nos escrivimos sobre este caso à Geronimo de Vicq nuestro Embaxador en Corte de Roma, lo que vereis por las copias que van con la presente, y est amos muy determinados, si Su Sanctidad no revoca luego & Breve, y los autos por virtud del fechos, de le quitar la obediencia de todos los Reynos de la Corona de Castilla, y Arragon, y de hazer otras provisiones convenientes à caso tan grave, y de tanta importancia. Lo que ay aveis de facer sobre ello, es que si quando esta recivieredes, no aveis embiado à Roma los Embaxadores, que en la carta de Micer Sonch, y en las de los otros dize, quequiriades embiar, que nolos embieys en minguna manera, porque seria enfla queçer y dannar mucho & negocio,

cio, y si los aueis ambiado, que luego á hora les escrivais que se bueluan sin hablar al Papa: y si por ventura huuieren á hablar, bueluan à esso Reyno sin hablar mas, y sin despedirse, ny dezir nada, y vos fazed extrema diligencia por fazer prendre el cursor que vos presentó & dicho Breve, si estuuiere en esso Reyno, y si le pudieredes aver, fazed que renuncie, y se aparte con acto de la presentation que fizo del dicho Breve, y mandadle luego ahorcar: y si no le pudieredes auer, fereis prendre á los que estuuieren ay, faciendo nuestra Iusticia sobre este negocio por los de Asculi, y tenedlos à muy bien recaudo en alguna eya en Castilnovo, de manera que no sepan donde estan, y fazed les renunciar y desistir à qualesquier actos que sobre ello ayan fecho, y proceded à punicion y castigo de los culpados de Asculi que entraron con banderas, y mano armada en esse nuestro Reyno, por todo rigor ne Iusticia, sin afloxar. ny soltarles cosa de la pena que por iustitia mereciere, y digan y fagan en Roma loque quisieren, y ellos al Papa, y vos á la capa, y esto vos mandamos que fagais, y pongais en obra, sin otra dilation, ny consulta, porque comple mucho, è importa à nuestro Real servicio. Quanto al negocio de la cava, ya vos auiamus escrito que no embargante qualquier cosa que dixiesse, o fiziesse la Serenissima Reyna nuestra Hermana, si ella no fazia luego iusticia à los Frayles del Monasterio de la dicha Cava, la fauoreciesse de vos en nuestro nombre, y sin que vos lo mandaremos fizistes gran yerro en no lo fazer, y porq. & Ducque de Fernandina, y sus hiios, y Conseieros pongan à la dicha Serenissima Reyna nuestra Hermana, en que faga cosis con que estorue la execution de nuestra iustitia, y lo que comple à nuestro servicio, por esso no hauiedes de dexar de fazer. Por en de nos vos mandamos pues la dicha Seren. Reyna nuestra Hermana, no quiere fazer iusticia en el dicho negocio, que vos proveais luego sobre ello todo lo que fuere iusticia, castigando à los que tuuieren culpa, y desagraviando à los que estuuieren agraviados, y si faziendo esto la dicha Serenissima Reyna nuestra Hermana, viniere à la vicaria à sacar los presos, que por la dicha razon mandaredes prendre, en tal caso vos mandamos muy estrechamente: è so pena de la fidelidad que nos deueis, é de nuestra ira è indignacion que prendais al Ducque de Fernandina y á sus hiios, y á todos los Conseieros de

la dicha Sereniſsima Reyna nueſtra Hermana, y los pongais en Caſtil novo en la foſſa del millo, adonde eſten á muy buen xecando, y que por coſa del mundo no los ſolteis ſin nueſtro eſpecial mandamiento, y ſi la dicha ſereniſsima Reyna nueſtra Hermana quiſiere yr al dicho Caſtil novo para libracion dellos, con la preſente mandamos á vos, y á nueſtro Alcayde del dicho Caſtil-novo, que no la dexeis entrar en el, aunq̃ haga todos los extremos del mundo, porque ſigo ni hermana, ni otro ningun deudo nueſtro, no auemos de conſentir que eſtorue la execucion de nueſtra iuſticia, y los que en tal ſe puſieren, no han de paſſar ſin caſtigo, y quanto à loque cerca dello fizo el Commiſſario del Papa, ſieſtuuiere alli, prendedle y tenedle donde no ſepan del, y ſecretamente facedle renunciar y deſiſtir à los autos que ha fecho ſobre las dichas diſcommuniones: Pero ſi fuere poſsible, precedan à eſto las proviſiones de Iuſticia que aveis defacer en el dicho negocio de los dela caua en caſtigo de los culpados, y deſagravio de los agraviados, como hauemos dicho, porq̃ fue caſo feo, y de mal exemplo, y digno de caſtigo, pues vedes nueſtra intention y determinatiõ en eſtas coſas, de aqui adelante por coſa del mundo no ſufrays, que nueſtras preeminencias Reales, ſean uſurpadas por nadie, por que ſi el ſupremo Dominio nueſtro no defendeis, no ay que defender, y la defenciõ, de derecho natural, es permitida à todos; y mas pertenece à los Reyes, porque demas de cumplir à la conſervacion de ſu dignidad y eſtado Real, cumple mucho para que tengan ſus Reynos en Paz et iuſticia, y de buena governacion. Otroci luego en llegando eſte Correo, prouereis enponer buenas perſonas fieles, y de recado en los paſsos de la entrada de eſte Reyno, que tengan eſpecial cargo de poner muche recaudo en la guarda de los dichos paſſos, para, que ſi algun Commiſſario, o curſor, o otra perſona viniere à eſſe Reyno con Bulas, Breves, o otros qualesquier eſcritos Apoſtolicos de agravacion, o interdicho, o de otra qualquier coſa que toque, al dicho negocio, directa, o indirectamente, prendam á las perſonas que los truxeren, y tomen las dichas Bulas, o Breves y eſcritos, y vos los traygan, de manera que no ſe conſienta quẽ las preſenten, ni publiquen, ni fagan ningun otro acto acerca deſte negocio. Dat. en la Ciudad de Burgos á 22. de Mayo Anno 3508. Yo el Rey. Ymas abaxo Almaçan Secretario.

Inter

Inter Pragmaticas eiusdem Regni Tit. de Cottation Prag.6. extat Constitutio Philippi II. scripta 30. Augusti 1561. diserte statuens Bullas Pontificias Romæ promulgatas, viribus carere in Ditione Neapolitana, etsi clausulam cõtineant, quod Romana publicatio ubique sit valitura. Plura vide apud (a) Camillum Borellum.

(a) De præstant. Regis Cath. pag. 544.

Et cum nihilo seciùs Pius V. Anno 1566. mandasset Decreta sua Romæ condita in Regno isto recipi, etsi in Senatu admissa non essent; opposuit se Philippus II. eo eventu, ut adhãc usque diem, sine Consistorii Regii assensu, seu ut loquuntur, sine Regio exequatur, nullis Pontificum Bullis sua constet authoritas. Rem gestam diffusius refert (b) Cabrera, conatus omnes & minas Pontificias concludens hoc Epiphonemate, *Pero no quedo Pio temido ni obedecido.*

(b) In Histor. Phil. II anno 1566. lib. 7. c. 12.

13. Angliæ Regnum etsi ab antiquo non feudatarium tantùm Romanæ Sedi, sed & vectigale fuerit, atque in obsequia Pontificum proni plurimi eius Insulæ Reges; ab hoc tamen officio recognoscendi Pontificias Bullas, nunquam passi sunt se dimoveri.

Guilielmus Primus, dictus conquestor, licet consilio & ope Romani Pontificis Regno isto potitus, tamen (a) *patinolebat quempiam in omni Dominatione sua constitutum Romanæ Vrbis Pontificem pro Apostolico, nisi se iubente, recipere, aut eius litteras si primitus sibi ostensæ non fuissent, ullo pacto suscipere.*

(a) An. 1066 Eadmerus lib. 1. Hist. Angl.

(b) In actis publicis eius Regni diploma invenitur, cuidam Valetono à Rege Richardo II. concessum, ad perscrutanda singula navigia, & excutiendos illos qui Bullas & alia Papalia instrumenta deferebant.

(b) Acta in Garnetum.

Et Eduardo III. regnante, omnes portus ex Regis mandato ad Bullas intercipiendas observatos fuisse, ac quosdam subinde carceri mancipatos, alios mulctatos gravi ære, Episcoporum temporalia in Fiscum redacta fuisse, quod sine permissu Regis Bullas Pontificias publicassent, testatur (c) Autor In Actorum in Garnetum.

(c) Pag. 153. 154. 216. 217.

14. In Regno Siciliæ jus idem obſervari ſcribit Jacobus de Graffiis, relatus à Salgado de ſupplicatione ad ſanctiſſimum.

(a) Variar. Reſol. tom. 2. Reſol. 28. De cæteris Italiæ Regionibus (a) Antonius Amato, de aliis alii.

Septemvir Moguntius, etſi ratione Eccleſiaſticæ dignitatis quâ fulget, Romano Pontifici ſubiectus, Bullam

XV. eandem Cœnæ Domini in Ditionem ſuam admittere recuſavit, quod Paci Germanicæ, atque adeo Religioni Catholicæ ſecundùm temporis illius ſtatum detrimentum inde metueret: quod & à Republica Veneta factum fuiſſe, ex Annalibus eius ævi confirmatur, qua in re Hiſpaniæ & Galliæ Reges exemplo eis præiverant, multis de cauſis ea conſtitutione finibus ſuis excluſa.

Et Belgæ quidem tantum abeſt ut fulminibus iſtis quæ Bulla Cœnæ tam confertim vibrat ſe afflari exiſtiment, aut fulguratione eius terreantur, ut Concilia Regia nec mentionem illius fieri in Judiciis ſuſtineant, mulctatis ſubinde cauſidicis qui allegare Bullam & authoritate eius cauſam ſuam fulcire auſi eſſent.

Hunc communem Chriſtiani Populi morem illuſtres ex omni gente Scriptores tanquam rationi & recto rerum ordini conſentaneum defendunt, non Juris-Conſulti tantùm, qui fortè videri poſſent amplificandæ Principum ſuorum authoritati ſtudere, ſed & magni nominis Theologi, Do-

XVI. ctores, Epiſcopi, Religioſi, etiam ex ea ipſa familia, quæ Pontificiam authoritatem cæteris ſtudioſius propugnat, eique tuendæ devota eſt.

(a) Lib. 2. de Libert. Chriſt. c. 2. In primis (a) Joannes Driedo, Academiæ Lovanienſis quondam decus, in qua ab Adriano Florentio poſtea Pontifice, Doctoris inſignibus ornatus, ſtrenuus deinde fidei Catholicæ adverſus Lutherum propugnator, ita ſcribit: *Aliud eſſe poteſtatem ſecularem abſolutè mandare, ne quis pareat litteris A-*

poſto-

postolicis, aliud verò mandare, ut sine suo beneplacito & examine nemo pareat huiusmodi litteris, nec executioni mandet; nam primum non potest fieri absque contemptu Ecclesiasticæ potestatis: Secundum autem videtur posse fieri sine præiudicio Ecclesiasticæ potestatis, vel sanctæ Sedis Apostolicæ. Potest enim contingere quod Princeps quispiam, aut ex Privilegio, aut ex Commissione Papæ hoc faciat, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis ad sic statuendum atque mandandum moveatur propter abusus tollendos, ne præficiantur extranei aut inidonei, qui per importunitatem, falsasque suggestiones litteras Apostolicas impetrarunt; non quod potestas sæcularis velit sibi iudicium Ecclesiasticum usurpare, sed quod velit ad ædificationem Reip. statum Ecclesiasticum promovere.

(a) Malderus Theologiæ Professor, deinde Antuerpiensium Episcopus, ait, *Non videtur etiam improbabile, quod Covarr. pract. quæst. cap. 35. accuratè tradidit, ex Papæ consensu, præscriptione, usu immemoriali, & evidenti spiritualis regiminis utilitate, Tribunalia Regia in quibusdam Regnis ritè ita practicare, ut cognoscant de iniustis censuris Iudicis Ecclesiastici; ut sine sua permissione & consensu, nequeant quædam Apostolica mandata executioni mandari.* (b) In. 2. 2. qu. 1. art. 10 dub. 8. circa finem.

(a) Emanuel Rodrigues affirmat, *posse iustis de causis litteras Apostolicas detineri, ne executioni mandentur, quæ causæ, arbitrio boni, docti, & pii viri relinquuntur.* (a) Quæst. Regul. To. 1. quæst. 6. art. 8.

Ita verò (b) Pater Enriquez: *Pontifex longe ab Hispania distans, aliqua concedit falsâ informatione deceptus, aut importunâ vi precum victus, non intendens libera voluntate concedere, cum ignorantia & quadam coarctio impediant voluntarium, Rex verò curat suspendi executionem litterarum, interim dum Pontificem per suum Legatum melius informet.* Additque paulò post: *Vt autem tutius procedant Iudices, habet Rex privilegium Papæ, aut tacitum eius consensum ex consuetudine immemoriali.* (b) Tom. 3. Tract. de Pontif. Clave. lib. 2. cap. 11. §. 3.

Latissimè verò omnium (c) Vasquez in tractatu quem edidit pro Iurisdictione Ecclesiastica adversus Magistratus; (c) Cap. 6. uti illum refert Pe-

trus Gonsales & Salcedo de lege politica lib.2. cap.3. num.54.

tus, scribit: *Apud Doctores indubitatum esse, posse Magistratus seculares litteras Pontificias antequam virtute ipsarum ad executionem procedatur, examinare, ac proinde prohibere ne ad earum executionem quispiam procedat, priusquam in ipsorum Tribunalibus examinentur.*

(a) 2. 2. qu. 67. art. 1. dub 2. (b) Tract. de supplicat. part. 1. cap. 2. (c) Lib. 2. cap. 3.

His similia tradit (a) Bannes, Victoria, Cajetanus, & alii magno numero relati à (b) Francisco Salgado, & à (c) Petro Gonzalez de Salcedo, in tractatu de lege politica, quibus accedit series longa Jurisconsultorum quos addunt.

Si quis verò tam obfirmati animi in concepta sententia sua sit, ut neque Principum Edictis acquiescat, nec moveatur consensione Christianarum Gentium, aut gravium Scriptorum authoritate, non existimo eum Romano Pontifici refragaturum, qui hoc jus Regum illustri in posteritatem exemplo aliquando agnovit.

17. Clemens VIII. ut supra dictum est, cum Henricum IV. Galliæ Regem, post multiplices controversias Anno 1595. solenni ritu in Ecclesiæ Catholicæ gremium reciperet (quæ res in theatro orbis Christiani inter maximè conspicuas & famigeratas illius ævi fuit) hâc inter cæteras conditione Principum adstrinxit, ut Concilium Oecuminicum Tridentinũ publicari & observari in Regno suo procuraret: Verùm apponi passus est hoc temperamentum, ut à publicandi necessitate exempta essent ea, quæ tranquillitatem Regni eius turbare possent. Verba Diplomatis inter Epistolas Cardinalis Perronii referuntur: *Efficiat ut Concilium Tridentinum publicetur & observetur in omnibus, exceptis tamen (ad vestram supplicationem & instantissmam petitionem (si quæ fortè adessent, quæ revera sine tranquillitatis perturbatione executioni demandari non possint.* Addit verò Cardinalis, non nisi post graves contestationes cum Curialibus Romanis hanc exceptionem obtentam fuisse: *Pour faire receuoir cette exception, il a fallu suer sang & eau.*

Ecce permittit Regi Pontifex, ut si quæ Concilij Decreta

creta censuerit tranquillitati publicæ adversatura, ab eorum publicatione supersedere possit, quod fieri nequit, nisi ejus rei examen & judicium, an adversatura sint, illi concedat.

Quod si circa Concilij Generalis Decreta admissum fuit & pro æquo habitum; nemo non videt multò id æquius esse circa rescripta & mandata, quæ ex Romana Curia emanant, quæ sanè non pari semper circumspectione conduntur, & subreptionibus magis obnoxia sunt: ut nimirum & hæc Principes eatenus examinare possint, ut videant an nihil hujusmodi contineatur, quod Reipublicæ tranquillitati adversetur.

Ad quam authoritatem Principibus vindicandam nihil opus est aut præscriptione immemoriali, aut Privilegiis vel Concordatis cum sancta Sede innitis, cùm hoc jus unà cũ regno ipso natum sit, & Potestati Regiæ necessariò & indivulsè connexum. 18.

Nemo enim negaturus est illius muneris à Deo constituti primas partes esse prospicere ne Respublica ejusq; tranquillitas detrimentum capiat. Ipsis sacris monumentis docemur (a) *Principibus datam esse à Domino potestatem & virtutem ab Altissimo, ut quietam & tranquillam vitam agamus.* Quoties igitur periculum tranquillitati communi imminere potest, eorum est sese interponere & incommodis prævertere, & habet ea res speciem quandam necessariæ defensionis, quæ adversus omnes, & in ea omnia exerceri potest, à quibus hoc periculum probabili præsumptione metui potest. Ut proinde exempta non sint ea quæ ab Ecclesiastica potestate proficiscuntur, si civilem quietem interruptura videantur: præcepta, scilicet, moralia & positiva quibus fidelium cœtus absque animarum pernicie carere potest. Ubi enim de rebus ad hominum salutem prorsus necessariis agitur, nulla incommoda humana, nullæ Reipublicæ perturbationes metui debent. Sed quod dixi, paulò altius repetendum est.

(a) Sapient. 6. 1. ad Timoth. c. 2.

Non est Regiæ potestatis inane nomen, nec insignibus Majestatis ideò decoratur Princeps, ut otiosè præsideat humano Generi; (a) *Non frustra gladium portat*, inquit, Apostolus, *Dei enim minister est vindex in iram ei qui male agit*: & ut Doctores loquuntur, intelligitur regimen à Deo concessum Principibus, non simpliciter, sed cum qualitate & attributo ei naturaliter inhærente & inseparabili, quod consistit in protectione subditorum, propulsatione iniuriarum, tuitione cõmunis tranquillitatis; quod officium non ad civilia tantùm negotia & personas sese extendit, sed omnis ordinis & res & homines respicit. Inde receptum in universo Christiano Orbe, ut adversus violentiam auxilium subditis suis præbeant Reges, non tantùm in causis civilibus & adversus sæculares, verùm etiam contra Ecclesiasticos & in causis spiritualibus. De qua Regum in omni genere causarum protectione magnum volumen conscripsit *Franciscus Salgado*, & hunc communem usum multis tuetur (a) *Covarruvias*, & innumeri ab his adducti. Nimirum defensio uti jure naturæ cuivis permissa, ita Principibus & Magistratibus instar obligationis imposita est, ut omnibus laborantibus eam impertiant: eoque pertinet illud (b) Jeremiæ, *Eruite vi oppressum de manu calumniantis ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur.* Ad quem locum Div. Hieronymus relatus in Can. Regnum, (c) *Regum officium est proprium facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos.* Atque eodem pertinet hoc Ecclesiastici 4. *Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi.* Et istud Isaiæ 1. *Subvenite oppresso.*

(a) ad Rom. cap. 13.

(a) Practic. quæst. c. 35.

(b) Cap. 22.

(c) Can. Reg. 23. quæst. 5.

Constat verò etiam in ipsis Conciliis Generalibus ad sedandas turbas & compescendas iniurias atque violentias inter Episcopos recursum fuisse ad Christianos Imperatores, & auxilium ab eis postulatum. In Concil Chalcedon. Episcopus Dorilæus Libellum Imperatori Martiano obtulit in hæc verba; (a) *Propositum est Clementiæ Vestræ universis quidem sibi*

(a) Act. 1. Conc. Chalc.

sibi subditis providere, & manum porriger e omnibus iniustè oppressis, præcipuè tamen fungentibus Sacerdotio, in hoc Divinitati placentes à qua vobis imperare & dominari sub hoc sole damnatum est. Quoniam & multa & dira & contra omnem consequentiam fidei quæ in Christum est, & nos sumus perpessi à Reverendissimo Dioscoro Episcopo Alexandriæ, adimus Vestram pietatem, supplicantes iustitiam promereri. Quibus & suas deinde querimonias communi nomine cùm junxisset Synodus, & ipse accusatus Episcopus audiri postularet, ad iudices Imperiales controversia tota remissa est, qui & alia complura ad custodiendam in Synodo pacem ordinarunt, uti ex *Actione*, 2. 4. 5. 7. & liquet.

Actione deinde 13. Episcopus Nicomediæ similem libellum Imperatori obtulit adversus Archiepiscopi Nicæni violentias. *Prosternimus nos Maiestatis vestræ vestigiis, ut iubeatis arceri iniustitiam, quæ adversùs nos est præscripta à Reverendissimo Episcopo Nicæno, qui per cupiditatem opprimere nos & turbare cœpit.* Qui rursus libellus à Consiliariis Imperatoris susceptus & examinatus fuit.

Si licitum est Principibus authoritatem suam inter Ecclesiasticos interponere ad privatorum reprimendas violentias, eo quod tutela pacis eis incumbat; multò magis id cõcessum intelligi debet ad avertenda ea, quæ ipsam Reipublicæ tranquillitatem immediatè lædere possunt, in quibus sita est vis quædam publica, ipsum Reipublicæ corpus, compagem ac quietem concussura, nisi Principum cura prospiciat. In hoc autem numero sunt, quæ inveteratos usus aut privilegia Regionis lædunt, quæ scandalis & dissidiis comitata solent esse, unde labes deinde Regnis non rarò venit.

Nolumus in dubium revocare exemptionem Clericorum à Jurisdictione ordinaria Magistratuum & privilegia, quibus eorũ causæ Ecclesiasticis Judicibus attributæ sunt: sed nunquam usque eò valuit hæc fori præscriptio, ut in his, quæ

pertinent ad pacem & tranquillitatem publicam quisquam authoritatem Principum declinaret, cui hoc à Deo commissum munus interversum aut imminutum existimari non potest Clericali exemptione, quæ cõcessa intelligi debet sine læsione istius supremi Juris & authoritatis, quæ necessaria est principibus ad Statum Reipublicæ, cujus membrum est Ecclesia ritè componendum, teste enim Optato Milevitano: *Ecclesia est in Republica non Respublica in Ecclesia.* Et ad hanc rem valet illud Apostoli: (a) *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Ad quem locum D. Chrysostomus: *Omnis Anima potestatibus supereminentibus subdita sit, etiam si Apostolus sis, si Evangelista, si Propheta, sive quis quis tandem fueris.* Et D. (b) Bernhardus ad Episcopum Senon. scribit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, si omnis & vestra: qui vos excipit ab universitate? si quis tentat excipere, tentat decipere.*

(a) Cap. 13. ad Roman.

(b) Epist. 41.

Veteres Episcopi atque adeò Romanæ Sedis Antistites non gravatè acquiescebant Principum & Imperatorũ mandatis, quæ pro communi pace edebantur. Non erubescit scribere D. (c) Gregorius: *Vtrobique, quæ debui exsolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & quod sensi, minimè tacui* (d) Gelasius Papa Imperatorem his verbis affatur: *Legibus tuis ipsi quoque pareant Religionis Antistites.* D. Athanasius ad Constantium Imperatorem, etsi nec orthodoxum, nec æqua præscribentem ait, *Nequaquam restiti mandatis tuæ pietatis neq; Alexandriam ingredi conabor, quam diu id per pietatem tuam non licebit.* Quibus accedat Imperatoris Zenonis Exemplum, qui ne tumultus fieret in Ecclesia Antiochena, si secundum præscripta Sacrorum Canonum electio Episcopi in publico Conventu perageretur, extra ordinem jussit, ut Constantinopolitanus Patriarcha Episcopum Antiochenum eligeret & consecraret. Quod etsi in re Ecclesiastica contra Canones usurpatum à sæculari Principe, quia ad custodiendam tranquillitatem publicam pertinebat, probavit (a) Simplicius Papa ad Impe-

(c) Lib. 2. epist. 62.

(d) Epist. 10

(a) Epist. 13.

Imperatorem scribens: *Vnde quæ à nobis amore quietis sanctæ & religiosè sunt ordinata, reprobare non possumus.*

Ab his Veterum scriptis & exemplis non recedunt recentiorum etiam Theologorum commentarij. Respublica, inquit (b) Victoria, *est perfecta, sibi sufficiens, ergò potest se defendere ab iniuria cuiuscumq; propria authoritate.* Et mox: *Possunt Principes servare proprias Respublicas, non solum per modum defensionis, sed etiam authoritativè.* (b) In relect. de potest. Ecclesiast. sect. 7.

Apertiùs & liberiùs etiam (c) Johannes Parisiensis, ejusdem Dominicani Ordinis Doctor. *Licitum est*, inquit, *Principi abusum gladii spiritualis repellere eo modo, quo potest, etiam per gladium materialem, præcipuè ubi usus gladii spiritualis vergit in malum Reipublicæ, cuius cura Regi incumbit: aliter enim gladium sine causa portat.* (c) Tract. de potest. Papæ & Regis c. 21. ad 31.

Jurisconsultorum magnum manipulum adducit (a) Salgado in dicto commentario, quorum concors sententia est non tantùm in sæculares, sed etiam *Clericos, Episcopos, Archiepiscopos alioſq; Prælatos teneri obtemperare mandatis Regijs: eosq; authoritate Regiæ subesse in his quæ tangunt*, ut ipse loquitur, *Regem, regimen, regnum, ordinem potestatis, tranquillitatem & pacem publicam*, & eos qui contumaces fuerunt pœnis etiam posse ceërceri. (a) Part. 1. c. 2. n. 167. & seqq.

Omnium quæ allata sunt, hæc summa est, Principum potestatem sese exserere etiam ad Ecclesiastica negotia, rescripta, leges, personas quatenus id paci publicæ & recto regni Statui necessarium est.

Nihil his adversante Bulla Cœnæ Domini, quæ quotannis anathemate ferit eos, *qui Ecclesiasticam jurisdictionem impediunt, vel usurpant prætextu violentiæ prohibendæ, vel literas Apostolicas sine suo beneplacito vetant executioni mandari.* Præterquã enim, quod nulla eiusvis aut obligatio sit in Belgio utpote nec promulgatæ unquam, nec usu receptæ, ut ante dictum: non potest intelligi aliud vetari ea sanctione quam iniusta &

sine legitima causa facta inhibitio, aut impedimentum Ecclesiasticæ authoritati injectum vel usurpatio circa sacra, quæ nullo jure, vel justo titulo nititur & ideò Bulla coërcet eos, *qui sub prætextu scandalorum*, vel *sub prætextu violentiæ prohibendæ*, vel *sub prætextu gratiarum concessarum*, vel *consuetudinis*, impediunt exercitium Ecclesiasticæ Jurisdictionis. Aliud est enim *prætextus*, aliud *causa*: prætextum violentiæ prohibendæ vel avertendi scandali damnat Pontifex, at verâ causam, vel violentiæ, vel scandali reprimendi, vel conservandæ tranquillitatis excludere neque potest, neque velle intelligitur. Quæ interpretatio eos authotes & populos defendit, qui authoritate Bullæ Cœnæ Domini alioqui alligati sunt. *Salgado d. tract. & de supplicatione ad Sanctissimum, aliisq; ab eo relati.*

Non est etiam solida vis in hac ratiocinatione Reges debere potius Ecclesiæ subesse, quam Ecclesiam Regibus, & in conflictu cedere debere quod politicum est, & prævalere, quod sacrum; Id enim habet locum in rebus ad salutem hominum necessariis: veluti si potestas civilis approbet legibus suis, quod in se peccatum est. Ideò meritò Pontificia authoritas expunxit ex Jure Cæsareo, & damnavit eas leges quibus Justinianus usuras & divortia permiserat, quæ sine pernicie animarum in Republica tolerari non poterant. Sed de positivis & moralibus præceptis hic sermo est, quæ potestas Ecclesiastica condit componendis in melius rebus suis, & ad occurrendum nascentibus incommodis, quæ si offendant communem totius Reipub. pacem, necesse est, ut præpolleant, quæ universos tangunt, & sua commoda membrum unum non procuret cum pernicie totius corporis.

Quemadmodum verò non dicitur Ecclesiastica potestas involasse fines sæcularis potestatis, dum Principum leges ad examen suum revocat, & eliminat è foro eas, quæ materiam peccati fovent: ita nec potestas sæcularis usurpare sacrã authoritatem dici potest, si literas Apostolicas recognoscat,

aut

aut retineat, hoc solo proposito, ne quid fortè irrepat, quod statum Reipublicæ lædere possit.

Maneat igitur ratum Principibus ex natura & institutione ipsius Principatus publicæ tranquillitatis tutelam incumbere sine discrimine causarum & personarum, & consequenter authoritatem habere super actiones externas etiam Ecclesiasticas, quatenus pacem temporalem intempestivè perturbant, ut incommodis, quæ inde emergunt, prævertant, & medeantur.

Quod si verò ad officium Principum pertinet incommoda à Republ. avertere, possunt sine dubio & inquirere in ea omnia, quæ peregrè inferuntur, ne quid fortè noxæ lateat contra publica commoda, & ulterius edicere quoq; ne quid novi invehatur, aut executioni mandetur, quod prius recognitum non sit ab his, qui rebus cognoscendis delegati sunt, & morum popularium periti habentur, quorum animus rerũ usu, ut aliorum manus opere concalluit, nam ut (a) P. Henriquez ait: *Iudices Regii, qui habent ius cognoscendi de violentia, habent ius ad media proportionata aut vis avertatur.* (a) Tract. de Pont. Clau. cap. 12. § 1.

Si intra hos limites consistat Placiti usus, ut cognoscant Judices Regii an nihil contineant novæ Bullæ adversus Regni Statum, adversus Privilegia, inveteratas consuetudines, aut quietem publicam, nemo non videt justum, imò necessariũ esse eum morem, neque enim aliud, quàm vis & perturbatio Reipubl. avertitur. *Si quis*, inquit (b) Covar. *contendat à Principibus Christianis hac tollere potestatem; statim comperiet experimento manifestissimo quantùm calamitatis Reipublicæ invexerit.* 19. (b) Pract. quæst. c. 35. num 3.

Pontifices declarant se locotũ consuetudines ignorare, & res ipsa loquitur, quę è Curia ista prodeunt, nõ posse omniũ moribus esse consentanea, quæ dã per subreptic nem, alia nimiâ importunitate & ambitione impetrari. *Pontifex*, ait (c) Victoria, *non potest examinare omnes causas obrutus gravissimis occupationibus, & necesse habet mandare aliis, à quibus sæpe falli potest etiamsi fuerit* (c) De potest Papæ. num. 12.

fuerit Beatus Gregorius. Atque ad hanc rem apprimè pertinet, quod reſcripſit Pontifex: (a) *Qualitatem negotii pro quo tibi ſcribitur, diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reverenter impleas, aut per literas tuas, quare adimplere non poſſis rationabilem cauſam prætendas: quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prævâ nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum. Vbi etſi Pontifex non loquatur cum ſæcularibus,* inquit Vaſquez, *tamen eadem omninò ratio eſt hoc ipſo, quo licitum eſt mandatum Pontificis in ſuo regno legere, & examinare, priusquam executioni mandetur.* Imò autem ante oſtenſum eſt etiã in Decretis Conciliorum Generalium quædam huiusmodi occurrere, quæ quia publicã tranquillitatẽ læſura ſunt, recipi non debe antipſo Ponrifice conſentiente.

(a) Cap. ſi quando. x. de Reſcriptis.

Si verò contendat aliquis, cum laborant mandata Pontificia, incommodis iam relatis, adiri poſſe ipſum Pontificem, eique ſupplicari, ut prout æquitas poſtulaverit, ſuâ providentiâ incommodis medeatur, ſed interim mandatis parendum eſſe. Reſpondetur cum ſpecie quadam defenſionis imminentia mala avertenda ſint à Republica, ita adhibendum eſſe remedium, ut malis prævertat potius, quam ut poſt vulneratam cauſam quæratur, cum ſtultum ſit, tranquillitati communi ſtudere, ut omnia prius turbari ſinas, & deinde de medio cogites, id enim tantundem valuerit, ac ſi machinas confecto Bello adferas. Supplicari quidem Pontifici poterit, & incommodum ei inſinuari ab his quorum intereſt quæ impetrata ſunt effectum ſortiri, aut ad quos mandata directa ſunt ut publicentur, ſed interim differri executionem ratio exigit & Principum curæ incumbit.

Hoc ſtabilimento huius moris admiſſo, laborandum nõ eſt de Privilegio aut conſenſu Pontificio, præſcriptione, aliisque huiusmodi, quæ tamen non deficiunt, ſi quis præfractior hæc etiam exigat.

Imprimis expendat æquus rerum æſtimator, an conſenſus Pontificius ſatis non reſultet inde quod pleræque nationes

tiones orbis hoc jure pluribus jam sæculis usæ sint, usum probantibus, eoque se tuentibus, ubi occasio fert. Episcopis, Abbatibus, omnis ordinis Religiosis & Clericis, qui Privilegia & exemptiones, cæteraque diplomata quæ à Sancta Sede obtinent, Regio Placito confirmari imprimis curant, & auxilium etiam inde petunt, quoties res eorum novis Codicillis ex Urbe turbantur, contendentes mandata ista recipi non oportere quod Placito Principis destituantur. Hæc palam ministris Pontificiis spectantibus quotidie fiunt, Romæ non ignorantur, & acquiescitur. Principes in quorum ditione frequentantur, tantum abest ut pro excommunicatis habeantur in Curia, ut contra filii dilecti & obedientes quotidie cõpellentur, & favoribus à sancta Sede cumulentur. Quod si seriò existimaret Papa, authoritatem à Christo sibi datam his factis sibi interverti, non posset, ubi alibi ipse dicit, (a) *Iustitiam Ecclesiæ sponsæ suæ* negligere, neque existimaret se satisfacere perfuncteria illa Bullæ Cœnæ Domini, quæ quotannis fit, repetitione, sed rebus ipsis & factis reprimeret contumaces: hoc tam diuturnum silentium in re quæ publicè atque in conspectu Orbis agitur, non tantùm dissimulationis argumentum est, ut aliqui argutantur, sed veri consensus, & si uspiam locus est hic esse debet Regulæ (b) *Qui tacet consentire videtur.*

(a) Cap. quoniam. 4. de immunitatib. in 6.

(b) Cap. qui tacet de Regul. Iuris in 6.

Præscriptionem si quis requirat, ejus vicem trium sæculorum constans usus facilè explebit, cum centum annorum curriculum etiam Jura Romanæ Ecclesiæ, quæ tempore aboleri possunt, perimat. Concordatorum verò cum vis omnis in consensu Pontificio Regioque sita sit, frustra tabulas ipsas edi quispiam postulet, quando æque ex rebus ipsis & factis, quam ex scripto conventiones consistere & probari inter Juris Consultos constet, & tacitæ non minus expressis valeant. Adeant qui his contenti nolunt esse (a) Jacobum de Graffiis, qui vidisse se testatur litteras Romani Pontificis ad Philippum

21.

22.

(a) In decis. aur. lib. 4. c. 18. n. 129

pum Secundum Hiſpaniarum Regem ſcriptas, huiusmodi cũ ſancta Sede conventiones utrinq; , ut liquidæ ſupponantur, prout de ijs affirmate ſcribit (b) Dominicus Bãnes, aliiq;.

(b) 2. 2. qu. 67. art. 1. dub. 2.

Sed nihil opus eſt Privilegiis vel concordatis ſtabiliendis immorari, unde Jus Regis petendum aut metiendum non eſt, quod vires & fines ſuos non habet ex Romanorum Pontificum præſcripto, aut ex Bonifacii Octavi (c) extravagante; quæ gladium omnẽ à Sacerdote, aut ad nutum Sacerdotis exercendum decernit, ſed Deo ſoli acceptum fert Imperium ſuum qui publicam tranquillitatem, & quæ ad ea auxilia neceſſaria ſunt, in manus eius collocavit. Hic rurſus erunt qui obturbent Placiti uſum non poſſe porrigi ad decreta fidei vel doctrinalia & quæ de rebus ſacris eduntur. Rectè olim à Leone dictum, *ſicut Reges præſunt in cauſis ſæculi, ita Sacerdotes in cauſis Dei.* Et à Gregorio II. in Epiſtola ad Leonem Iſaurum: *Scis Imperator Sanctæ Eccleſiæ dogmata non Imperatorum eſſe ad Pontificam qui tutò aſſolent dogmata tradere, idcirco Eccleſiis Præpoſiti ſunt Pontifices à Reipublicæ negociis abſtinentes; & Imperatores ergo ſimiliter ab Eccleſiaſticis abſtineant & quæ ſibi commiſſa ſunt, capeſſant.* Quibus accedat inſignis locus ex (a) Athanaſii opuſculo, ubi Oſius Epiſcopus Cadubenſis in Epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem ita diſſeruit: *Tibi Deus Imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit, & quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi Divinæ, ita et tu cave, ne quæ ſunt Eccleſiæ ad ſe trahens, magno crimini obnoxius fias, date (ſcriptum eſt) quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſuut Dei Deo, &c,*

(c) Extravag. unam ſanctam. de Maior. & Obed.

22.

(a) Ad vitã ſolitariam agentes.

Ex quibus confici videtur nullum eſſe jus Principibus ſæcularibus, aut eorum miniſtris de rebus ſpiritualibus cognoſcendi, conſequenter nec ad examen ſuum revocandi, quę à Pontificibus circa eas res conſtituuntur, proinde nec ſiſtendi executionem huiusmodi Decretorum donec Placito Regio muniantur.

Dice-

Dicetent aliquid qui hæc movere solent si Placito uterentur Principes, ut circa res fidei aut doctrinæ ipsi ut Judices sententiam suam interponerent, eò pertinent quæ adducta sunt, & quæ de eodem argumento Gratianus congessit in *distinctionem nonagesimam sextam*, veluti illud Ioannis Papæ (a) *si Imperator Catholicus est, filius est, non Præsul Ecclesiæ: quod ad Religionem competit, discere ei convenit, non docere.* In Conciliis Generalibus Imperatorum munus nunquam fuit decidere, definire, voto ut loquuntur, judiciali, quod latè confirmat (b) Bellarminus.

(a) Can. si Imperator.

(b) Tract. de Concil. 24.

Sed non propterea nullæ fuerunt Principum partes in huiusmodi conventibus, nec ullum eorum officium in sacrarum Sanctionum executione & promulgatione. Ab initio propè nascentis Ecclesiæ ad nostram usque memoriam, & interfuerunt Imperatores ac Principes Conciliis, maximè his in quibus de fide agebatur, & unà deliberarunt, & quæ videbantur, suggesserunt, subscripserunt etiam & promulgarunt, & legibus suis ea quæ sancita fuerant, uti de singulis jam patebit.

De eorum præsentia ita Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem: (c) *Imperatores*, ait, *Synodalibus Conventibus interfuerunt, in quibus de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad Clericos, verum etiam ad Laicos & omnes omnino pertinet Christianos.*

(c) Can. ubi nam. dist. 96.

Ad deliberationem Principum spectat illud (d) Augustini, *An forte de Religione fas non est ut dicat Imperatorem, aut quos miserit Imperator?*

(d) Lib. 1. adversus parmenian. c. 7.

De subscriptione fidem faciunt Conciliorum plerorumque acta. Imo licet Arausicana secunda Synodus nihil aliud tractasset, quam de peccato originali, gratia & de libero arbitrio, antequam tamen executioni mandaretur, visa & subsignata fuit à septem Consularibus Viris. Hoc modo: *Petrus Marcellinus, Felix, Liberius V. C. & Illustris Præfectus Prætorii Galliarum, atq; Patricius consentiens subscripsi, &c.*

De promulgatione est illud Patrum Catholicorum (a) *Imperator Constans ab obitu suo dignus omni memoria hanc fidem omni curâ & diligentiâ conscriptam promulgavit.*

(a) In epist. priori Synod. Ariminens. ad Constan. cum illa adhuc Catholicus esset.

Omnia deniq; acta plena sunt confirmationibus Principum, quibus Conciliorum Decreta & sacros Canones sua authoritate munierunt.

Epistola Synodica Concilii Oecumenici ad Theodosiũ ita habet: *Rogamus tuam Clementiam, ut per litteras quoq; tuæ pietatis confirmetur Concilii Decretum, ut sicut litteris quibus nos convocasti Ecclesiam honore prosecutus es, etiam finem eorum quæ Decreta sunt obsignes.*

(b) Can. Nos ad fidem distinct. 96.

In Synodo Chalcedonensi Martianus Imperator inter cætera dixit, (b) *Nos ad fidem confirmandam non ad potentiam ostendendam, exemplo Religiosissimi Principis Constantini Synodo interesse volumus, ut veritate inventa, non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet.*

25.

Neque hæc olim tantùm, sed in novissima Generali Synodo quæ Tridenti habita fuit observata sunt, mandato enim Caroli V. quo tribus Oratoribus vices suas commisit, ita continetur: (a) *Nostrum locum ut Oratores & Mandatarii nostri habere, res & negocia Religionis & fidei, & alia quæcumq; in præd cto Concilio tractandi unà cum aliis, &c. Per omnia adesse, Consilium, Votum & Decretum nostro nomine dare, impertiri atq; interponere.*

(a) Actor. Cõc. Trid. Sess. 11.

Cui simile est Ferdinandi Cæsaris mandatum datum die 1. mensis Januarij Anno 1562. *Locum & vices nostras in omnibus sessionibus, consultationibus, deliberationibus & actibus obtinere & gerere, Consilium, Votum & Decretum nostro nomine dare, ferre & interponere: aliaq; omnia & singula agere, tractare, exercere, concludere & determinare possint & debeant: quæ ad constituendam veræ fidei & Religionis concordiam & unionem ac Christianæ Reipub. salutem & conservationem promovendam facere & spectare videbuntur.*

Cum ex his liqueat solere in Generalibus Synodis Principes

cipes intereſſe, in commune conſulere, ſubſcribere, confirmare, promulgare ſanctiones pœnarum apponere, & ad hoc officium à Pontificibus & Patribus Eccleſiæ non tantùm admiſſi, ſed provocati ſint: quæ malum nunc invidia aut prava ambitio eſt, inſciis ac neglectis Principibus, omnia quæ doctrinam aliqua parte reſpiciunt, in Rempublicam velle invehere, etiam ea quæ non definitionem dogmatum, ſed authorum & librorum condemnationem continent, quę plurimum facti habere & accenſeri non poſſe infallibilibus deciſionibus ſupra oſtenſum eſt. 26.

Intelligebant olim Eccleſiæ Proceres, ad retinendam concordiam & tranquillitatem publicam, plurimum intereſſe conſciis & auxiliantibus Principibus omnia peragi, definitiones Eccleſiaſticas vix effectum habere, niſi terrore ſæcularis poteſtatis homines in officio contineantur. (a) Martianus Imperator Decreta Concilii Chalcedonenſis tribus Edictis confirmavit, *poenis in Clericos pariter ac in Laicos conſtitutis exilii ac confiſcationis bonorum.* Id plurimis ſanctionibus imitatus eſt Juſtinianus, quæ in libris Juris Civilis obviæ ſunt. Inter cæteras eſt Novella 42. ubi ita: *Rem non inſolitam Imperio & nos facientes ad præſentem venimus legem. Quotiescenim Sacerdotum ſententia quoſdam indignos Sacerdotio, de ſacris Sedibus depoſuit (quemadmodum Neſtorium, Eutychem, Arium, &c.) toties Imperium eiusdem ſententiæ & ordinationis cum Saterdotum authoritate fuit: ſicq; divina humana pariter concurrentia unam conſonantem rectis ſententiis fecere.* Ac deinde Menæ Patriarchæ dat in mandatis ut ad Metropolitas ſuæ Diœceſis mittat, *quæ Sacerdotio viſa ſunt, & ab Imperio confirmata.*

(a) Edicta tria Imperatoris Martiani extant inter acta Concilii Chalced.

Quæ Carolus Magnus, quæ Ludovicus Pius, & alii melioris notæ Galliæ Reges in hoc rerum genere ediderunt, Gallorum hiſtoriæ & monumenta loquuntur. Caroli V. Imperatoris edicta adverſus ſurgentes ſuperiori ſæculo hæreſes, Codices Belgii nuper in lucem emiſſi repræſentant. Hæc piorum Principum ſtudia ab Eccleſia nunquam improbata ſunt:

sunt : pleni sunt veterum Libri contestationibus ipsorum Pontificum, quibus Imperatores & Reges ad hanc curam provocantur, ut authoritate sua fulciant rem Ecclesiasticam.

(a) Epist. 81 (a) Leo Pontifex Imperatorem sibi cognominem egregia Oratione compellat. *Debes*, inquit, *inunctanter advertere Regiam Potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem iis quæ sunt turbata restituas* (b) Sanctus Gregorius ad Genadium Exarchum Africæ hæc scribit: *Scito Excellentissime Fili, si victorias quæris, si de commissa vobis Provinciæ securitate gloriamini, nihil in vobis magis ad ad hoc proficere, quam zelare Sacerdotum vitas & intestina Ecclesiarum quantum possibile est bella compescere.*

(b. Lib. 3. epist.

Alius Illustris locus est ex Synodo Parisina sumtus, quæ sub Lothario Rege Anno 839. fuit coacta, quem refert Gratianus: (a) *Cognoscant Principes seculi Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiam quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.*

(a) Can. Principes 23. §. cognoscant. quæst. 5.

Nemo non videt quantum recedant à priscis Ecclesiæ moribus, qui res novas non in cœtu universæ Ecclesiæ, sed in Romano aliquo Consistorio conceptas, nullo Principe conscio, sola promulgatione in Acie Campi Floræ omnes Christianos adstringere hoc ipso volunt, eosque pœnis urgere ad parendum, & ringuntur si Principes Catholici ut quieti publicæ consulant, ad notitiam suam deferri velint Edictum Romanum priusquam emanet in vulgus, & inusitatis clausulis & pœnis populum turbet.

Apparet etiam illegitimam esse ratiocinationem qua colligunt non posse Principes se imponere circa Promulgationem aut executionem eorum Decretorum de quibus jus nullum habent judicandi. Illud enim externum quod con-

sistit

sistit in imperando, cogendo promulgando, pacem custodiendo, nunquam existimatum est à Principum officio alienum esse. Id Justinianus Divinarum legum custodiam appellat, quam apparet etiam circa Religionem ab eo fuisse non inutiliter exercitam, quicquid lividi quidam obstrepant. In Codice titulus extat de fide Catholica ubi lex prima: (a) *Cunctos populos*, inquit, *quos Clementiæ nostræ regit Imperium, in tali volumus Religione versari, &c. Serviant*, ait (b) Augustinus *Reges terræ Christo, etiam leges ferendo pro Christo.* Et alibi: *Situssiones Regum non pertinent ad prædicandam Religionem & Sacrilegia prohibenda, quare ad Edictum Regis talia iubentis etiam ipsi vos* (Donatistæ) *signatis?* Non tantùm utile, sed necessarium esse Ecclesiæ hoc Regum officium circa res Religionis scribit ad Theodosium (c) Leo Papa verbis quæ jam relata sunt, *Res humanas aliter tutas esse non posse, nisi quæ ad divinam confessionem pertinent & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas.* Nomen *Custodum & defensorum fidei*, piis Imperatoribus has ob causas olim à Sede Apostolica tributum legimus.

(a) Impp. Gratiani Valentini & Theodosii.

(b) Epist. 48. ad Vincent. Epist. 166.

(c) Ep. 33. Epist. 77.

Distinctionem istam inter executionem sacrorum Decretorum, & Judicii, Censuræque interpositionem expressit diserte (a) Facundus Hermanensis. Justiniani ævo in Africa Episcopus, commemorans exemplum Marciani Imperatoris: *Sciens igitur*, inquit, *modestissimus Princeps Oziæ Regi non impunè cessisse quia sacrificare præsumpsit, quod licitum singulo cuiq; etiam secundi Ordinis Sacerdoti, multo magis sibi impunè cedere non posse cognovit, vel quæ iam de fide Christiana ritè fuerant constituta discutere, quod nullatenus licet, vel novos constituere Canones, quod non nisi multis & in universorum congregatis Primi Ordinis Sacerdotibus licet, ab hoc igitur vir temperans, & suo contentus officio Ecclesiasticorum Canonum executor esse voluit, non conditor, non exactor.*

(a) Lib. 12. cap. 3.

Uti igitur nunquam sibi arrogarunt Catholici Principes, *quæ de fide Christiana ritè constituta sunt, discutere*, ita æquum non

non est ut turbentur *in officio suo* quod in *executione Canonum* consistit. Olim ut vidimus, *interfuerunt, sacrorum dogmatum discussionibus consenserunt, Decretis subscripserunt, confirmarunt, promulgarunt.*

(b) Can. Principes 23. quæst. 5.

Gratulabatur sibi quondam Ecclesia (b) *Si quod non prævalent Sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, hoc sæculi potestas impetraret per disciplinæ terrorem.* Nunc si Principes Edictis suis adjuvent Decreta humana, importuna videtur benevolentia esse, & nihil distare à simultate. Encomiis celebrabat olim Ecclesia Imperatores qui subscriberent, promulgarent, exequerentur Synodalia Placita; jam in fermento est natio Curialium, si vel inspicere earum Bullas ausint Principum Ministri, & priusquam publicentur, scripto testari nihil esse admixtum, quod Rempublicam lædere possit, in quo *Placiti* omnis usus consistit.

28. Si quis hæc omnia quæ congesta sunt argumenta uno spiritu se diffiare posse existimet, opponendo mori Belgico stylum *Romanæ Curiæ* quasi omnes ad ejus normam se debeant componere, illi non inconcinnè responderi poterit, quod divus (c) Ambrosius ad Ecclesiæ suæ consuetudinem propugnandam, diversam à Romano ritu, attulit: *In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam, sed & nos homines sensum habemus, ideò quod alibi rectius servatur, & nos rectè custodimus.*

(a) Lib. 3. de Sacram. cap. 1.

RELATIO

Gestorum circa Concilii Tridentini in Belgio Promulgationem & Receptionem.

SUMMARIA.

1. *Concilii Tridentini dilata publicatio & adhibitum temperamentum efficacioris receptionis eius causa.*
2. *Ex publicatione Tridentina aut Romana nemo censuit Belgas obligari Canonibus Concilii Tridentini.*

3. Iu-

3. *Iudicium Archiepiscopi Cameracensis de Concilii publicatione.*
4. *Quid censuerint ea de re Concilia Regia in Belgio, consulta à Gubernatrice Margareta.*
5. *Quod temperamentum in Concilii publicatione.*
6. *Error Famiani Stradæ circa hanc rem.*
7. *Referuntur capita Concilii Tridentini quæ Consiliarii censuerunt in Belgio non admittenda.*
8. *Hæc esse illa ipsa quæ non obstante generali promulgatione Gubernatrix Belgii ex iussu Regis voluit illæsa & intacta manere.*

QUæ supra de Concilii Tridentini per Belgium promulgatione obiter & ex occasione dicta sunt, visum est opera pretium plenius & singulatim hic referre, ut hoc, in re tam 1.
solenni & momentosa exemplum in cæteris pro præiudicio valeat. Nemo existimare potest Regem Catholicum aliquid insolens usurpare voluisse ad procrastinandā admissionem illius Synodi quam ipse potissimùm promoverat & stabiliendis rebus suis in Belgio opportunam sciebat; aut detrahere studuisse authoritati sacræ Decretorum, quæ tam necessaria erat corrigendis erroribus, & instaurandæ morum disciplinæ tunc corruptæ; sed mora & temperamentum quod adhibitū est, & interpositæ exceptiones quorundam Capitū, moribus & privilegiis Regionis ita postulantibus, eò pertinuerunt, ut tantò efficacior esset Synodi receptio, quæ naturæ cuiusq; Provinciæ esset accommodata. (a) *Pour tant mieux l' effectuer, & le mettre en deüe execution, selon la qualite & nature d' un chascun Païs & Province à la quelle l' execution doibt estre accommodé.*

(a) Verba sunt Epist. Belgii Margar. Belgii Gubernatr. scripta ad Concil. Regia Belgii,

Absoluto Tridentini Concilio Pius IV. Pontifex Acta & Decreta omnia confirmavit solenni constitutione Romæ edita & publicata septimo Kalend. Februarij 1563. Sed nemo censuit Belgis obligationem inde impositam Synodaliū Decretorum. Subsecuta est altera eiusdem Papæ constitutio, quæ incipit: *Sicut ad sacrorum*; declarans ubique terrarum 2.

cœpisse obligare Concilium à Kalend. Maij Anni 1564. etsi singulari per Provincias promulgatione non esset insinuatum. Sed non eo magis teneri se harum Ditionum Incolæ existimarunt, nullo id vel in dubium vocante, uti ex subsecutis deliberationibus super Concilii admissione satis liquet. Nam consulti deinde Episcopi Capitula Ecclesiarum, & cõsilia Regia, tantum abest, ut iam tunc obligatione aliqua se teneri profiterentur, ex his quæ Romæ aut Tridenti essent acta, ut multas difficultates, etiam ex particulari promulgatione quæ eis proponebatur, metuerent, easque non nisi authoritate Regia superari posse censerent.

Ad Cameracensem Archiepiscopum cum scripsisset Belgii Gubernatrix Margareta principio Anni 1564. expenderet Concilii Decreta, & de modo exequendi sententiam suam exponeret: 3. *De regarder comment en son Dioceſe ſelon les droicts, Privileges & couſtumes d' icelle, les decrets dudict Concile ſe pondroient effectuer & metre à execution, & de ſur ce eſcrire ſon aduis.* Respondit 23. Iulij eiusdem Anni, re (ut affirmat) communicata cum Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ, & adhibitis in Consilium Theologiæ & Canonum peritis, celebrationem Synodi provincialis super receptione Concilii, & publicationem Decretorum per singulas Ecclesiarum Parochias esse quidem modi Juri consentaneos & ante hac in re simili usitatos, sed magnis difficultatibus fore implicitos, nisi Regiâ authoritate Decreta Concilii prius probentur & admittantur. *Mais combien que tous les Decrets & Ordonnances dudit Concile General ſoyent pieux, ſaincts, & neceſſaires du tout pour la reſtauration & conſervation de noſtre ſaincte Foy Catholique, & que les moyens ſuſdits pour le mettre en execution ſoient iuridiques & fondées en droict & raiſon: ſi ſemble il toutefois qu' icelle ne ſerat pas ſans grande difficulté, ſi ce n' eſt que Sa Maieſté Catolique par ſa naturelle bonté, dévotion & Zele ſingulier en la Religion teſmoigne & declare qu' elle recoit tous les Decrets dudit Concile, & veut qu' ils ſoint obſervez par tous ſes ſubiects admoneſtant, & requerant ſerieuſement tous*

les

les Archevesques de á la premiere commodité convoquer le Synode provincial, & les Evesques & autres qui doivent estre d' y comparoir & accepter tous les Decrets & Ordonances dudit Concile, tant de la doctrine, que de la reformation & qu' ils promettent de les observer, & faire observer par ceux de leur charge, car parce que Sa Maiesté ayant une fois declaré son intention, personne ne s' oserat avancer d' y contredire.

Exploravit deinde Gubernatrix judicium Conciliorum Regiorum cuiusque Provinciæ super Decretis Tridentinis, uti facere iussa erat à Rege; & accepto à singulis responso, intellexit, quiab inveteratis moribus & Privilegiis cuiusque discreparat, quid Juribus regiis & usitatæ laicorum Jurisdictioni adversaretur, atque ea omnia postmodum Decreta Generali publicatione illæsa manere voluit, cautione ista diserte 4.
appositamandatis quibus publicationem per Diœceses Episcopis præscripsit, & Magistratibus, urbium, ut auxilium eis præstarent, iniunxit.

Seriem rei gestæ, optimum erit ipsis verbis litterarum, rescriptorum atque auctorum referre, ne quidpiam pro negotii opportunitate exaggeratũ videatur; sufficiet verò, ne prolixitas tædio sit, aperire, ut res processerit in prima Belgii Provincia Brabantia, cum in cæteris & idem exitus fuerit, & litteræ Gubernatricis ad Episcopos, Concilia, & Magistratus ijsdem verbis perscriptæ sint.

Igitur die octavâ Junij millesimi quingentesimi sexagesimi quarti ad Brabantiæ Senatum scripsit Margareta Gubernatrix ex præscripto Regio in hæc verba: *Treschers & bienaimez, le Roy Monseigneur nous a ces iours escrit, comme nostre Sainct Pere le Pape auoit enuoyé á Sa Maiesté par le Nonce resident deuers icelle les Decrets & Constitutions du Concile General dernierement celebré à Trente, & que ia Sa Maiesté auoit donne odre en ses Royaumes d' Espaigne d' examiner iceux Decrets pour apres y prendre resolution & l' effectuer, comme il se trouvera convenir au service de Dieu, & au repos publique, m' enchargeant auſsi Sa Maiesté de semblablement les faire examiner*

par deça & apres l'advertir de ce que l'on trouvera dependre de son office pour l'observance d' iceux Decrets pardeça, mesmes és points qui touchent, la reformation; & comme en ce, & toutes autres choses nous desirons satisfaire au bon plaisir & ordonnance de Sa Maiesté, mesmes en chose tant saincte, iuste & raisonnable; Nous vous envoyons avec cette un exemplaire imprimé des Decrets dudit Concile, vous requerant & de par Sa Maiesté ordonnant, d' incontinent & sans dilay, le tout veoir & visiter avec tels que bon vous semblera, & delaissant les points & articles qui concernent la doctrine, qui ne doivent estre mis en ulterieure discussion ou dispute, vous regarderez comment & par quels moyens l' on pourra mettre iceux points, quant à la reformation, en observance, pour en pouvoir tirer le fruict qu' il convient, ayant regard aux hauteurs, & preeminences de Sa Maiesté, de ceux de l' Eglise, aussi des Droicts, Privileges, & coustumes de nostre Province, faisant tellement diligenter cette negotiation, que au plus tard endeans le iour de S. Iacques prochainement venant, ou plustost, s' il est possible, vous nous escriverez sur le tout vostre aduis bien arraisonné, pour apres estre par nous examinez, en pouvoir advertir Sa Maiesté, à fin d' en prendre la resolution qu' elle trouvera appartenir.

Paulò post Brabantiæ Concilium rem delegandam censuit Consiliariis duobus, & Fisci Regij Patrono, *Pour veoir & visiter les troicts & Constitutions du Sainct Concile de Trente, pour regarder comment & par quels moyens l' on pourra mettre lesdits Decrets & constitutions quant à la reformation, en observance & execution, ayant regard aux hauteurs & preeminences de Sa Maiesté & ceux de l' Eglise, aussi des Droicts & coustumes de ce Païs de Brabant, & pour ce mieux effectuer, prourront, communiquer auec tels personnages, tant d' Eglise, que autres que leur semblera convenir, & mettre leur bosoigné par escrit, pour en faire de tout rapport devers ladite Cour, pour apres en adviser á Son Alteze.*

Septima deinde die Septembris eiusdem Anni 1564. prolixâ Epistolâ Consiliarii sententiam suam ad Gubernatricem retulerunt his verbis: *Ayants Madame veu & visité*

tout

tout au long lesdites Constitutions & Decrets, & les bien & meurement mesuré & pesé, nous trouvons lesdites Constitutions, quant à la doctrine, tressainctes & conformes à la Saincte Escriture, & tradition des Peres; & quaut aux Decrets de reformation, il semble que l' intention des Sancts Peres qui ont esté a la coniuncture & assemblée du dernier Concile General à Trente à esté sincore & bonne, qu' ils ont eu principalement respect & l' oeil à l' universel & Generalite comme aussi lesdits Decrets sont generaux sans auoir esgard particulier aux regales hauteurs, & authoritez des Roys & Princes en leurs Païs, & aux notoirs Privileges & anciennes coustumes des Provinces, tellement qu' ayant lieu & observant par tout & indifferement selon le text dudit Concile, & signament endroict des Decrets de la reformation, il semble que Sadite Maiesté seroit grandement preiudiqué en ses Droicts, iurisdictions, hauteurs, authoritez & Regales & aussi ses Vassaux, Patrons Lays, & tous autres subiects, tant pour les Privileges generaux, & anciennes loüabes coustumes Iurez par Sadite Maiesté, que autrement, ce que ne pouvons croire qu' il ait esté l' intention desdicts Saincts Peres; lesquelles choses, Madame, comme grandement importantes, & de poix, il semblle que doivent tomber en consideration & respect mesmes ayans les Princes leurs Consaux & ministres si Catholiques, & de si long temps par succession & experience cogneu & gardé ce qui convient en un Païs libre & politicq à l' entretenement & conservation d' iceluy, ou maintenant & d' un coup le tout seroit renuersé & aboly.

Et partant, Madame, quant à l' observation & execution desdites Constitutions & Decrets, il nous semble que l' on pourroit, & deuroit tenir l' ancien pied de faire, & de convoquer les Synodes Provinciaux & Dioceſains, pour illec publier ledit Concile General, & de le faire observer, s' il n' y euſt chose fort pregnante au contraire ce que ceux desdits Conciles Provinciaux & Sinodaux pourroient incontinent remonstrer à nostredit Sainct Pere le Pape, & à Sadite Maiesté.

Ce neantmoins, s' il plaist à Sadite Maiesté, ou à Vostre Altezze de recevoir des maintenant ledit Concile par forme de declaration ou que ladite Publication se face, il semble que l' on le deuroit faire sans

preiudice toutefois des droicts, iurisdictions, hauteurs, authoritez, preeminences, & regales de ſadite Mainſté, ſes vaſſaux & ſubiects & auſſi ſans preiudice des Privileges, anciennes, & loüables couſtumes de ſes Païs ſolemnellement, iurez par Sadite Maieſté.

En quel endroict auſſi il ſemble que Sadite Maieſté ne pourroit offencer Sa Sanctiteté ou le S. Siege Apoſtolique, puis que cela ne concerne aucunement les ſainctes conſtitutions, ou doctrine de noſtre Foy ou Religion, ains ſeulement les droicts & hauteurs des Princes, de leurs vaſſaux Privileges & anciennes couſtumes des Provinces & Païs, iurez par Sadite Maieſté, & de ſes Tres-illuſtres & Tres-catoliques Predeceſſeurs, leſquels ſont auſſi demeurez en leur enthier au temps des autres & precedents Conciles Generaux, & d' autant plus qu' il y a pluſieurs Placarts & Ordonnances contra les ſuſdits ſectaires beaucoup plus rigoureuſes, pour extirper leſdites hereſies & ſectes, que les conſtitutions dudit Concile, & en uſant autrement il pourroit engendrer confuſion des iurisdictions, diſſenſions, pluralité de proces, doleances, plainctes, obſtacles, empeſchemens, & autres inconveniens, par ou Dieu ne ſeroit ſervi, ny Sa Sainctetè ou Sa Maieſté, ni la choſe chreſtienne & publicque, & point correſpondre á la ſaincte intention des Peres & fruict que l' on attend dudit Sainct Concile.

Et à fin que Sadite Maieſté & Voſtre Sainct Alteze puiſſent entendre plus particulierement ledit preiudice, nous l' auons mis par note en pluſieurs endroits deſdits Decrets & Chapitres, pour en uſer ſelon que ſadite Maieſté & Voſtre Alteze trouueront convenir.

Le tout Madame par forme d' advertiſſement Soubz reverence, correction, & pourveüe diſcretion d' icelle, & ſelon le bon Zele qu' avons au ſervice Divin, de Sadite Maieſté, avancement & progres de noſtre ſaincte Foy & Religion, tranquillité & repos du Païs & ſubiects, & ſelon l' acquit de noſtre ſerment.

5. Hæc cùm ſcripta eſſent, ut dixi, die ſeptima Septembris 1564. intervallum aliquod temporis interponendum fuit, ut omnia ad Regem Gubernatrix referret, cujus cognitâ deinde voluntate, finem deliberationibus impoſuit, & publicatio-

cationem simpliciter quidem fieri præcepit, nullis Concilii Capitibus in ipso Edicto Publicationis nominatim exceptis, sed adiecit mandatis suis mentem Regis neutiquam esse promulgatione ista licet illimitata derogare vetustis moribus vel privilegiis suis, aut suorum.

Epistola ad Cameracensem Præsulem 11. Iulij 1565. data est hisce verbis: *Nous vous avons par charge expresse de Sa Maiesté bien voulu escrire la presente pour vous requerir, & de par Sa Maiesté enioindre bien expressement, de incontinent publier, & faire publier ledit Sainct. Concile de Trente en & par toutes les Eglises, districts, lieux & endroicts ou besoing sera de vostre Dioceſe, pour autant que touche les Païs de pardeça & icelluy faire garder, accomplir, & executer avec le soing, Zele, & diligence, comme une chose tant importante pour le service de Dieu, & bien de l' Eglise le requiert, en quoy vous sera de la part de Sa Maiesté donné, & vous ferons donner toute faveur & assistance.*

Et pource entre autres articles dudit Sainct Concile il y en a aussi aucuns concernans les Regales Droicts, hautcurs, & preeminences de Sadite Maiesté, ses Vassaux, Estats & subiects, lesquels pour le biẽ & repos des Païs, & pour non reculer ou retarder le faict de la Saincte Religion, & eviter tout debat, contradiction & opposition ne conviendroit changer ou innover, Sadite Maiesté entend que en ce regard l' on se conduise, comme iusques ores a esté faicts sans, comme dict est, rien y changer ou innover & especialement en l' endroict de la iurisdiction laycale iusques à ores usitée, en semble dudroict de patronaige lay avec indult & droict de nomination & cognoissance de cause en matiere possessoire des benefices, aussi des dismes possedees ou pretendues des gens seculiers, y ioinct la superintendce & administracion iusques à ores usitée par Loix, Magistratz, & autres gens lays sur hospitaux & autres fondations pieuses, à tous lesquels Droicts & autres semblables, que par cy apres vous seront, si besoing est, touchez plus particulierement, Sa dite Maiesté n' entend estre derogé par ledit Sainct Concile, ny que l' on doiue changer aucune chose, non point en intention de contrevenir audit Concile, mais

pour

pour tant mieux l' effectuer, & le mettre à deüe execution, selon la qualité & nature d' un chascun Pais & Province à la quelle l' execution doit estre accommodée. Paulò post Magistratus Urbium admonuit Gubernatrix de ope ferenda Episcopis in Decretorum Synodalium executione, litteris datis 24. Iulij 1565. repetitâ rursus studiosè, & eiusdem verbis cautione de illæsis conservandis prærogativis Regis, ac Privilegiis subditorum.

6. Hæc non consentiunt Historiæ Famiani Stradæ ad Annum 1564. qui Senatorum sententias de excipiendis Capitibus nonnullis Concilii Tridentini Regi improbatas fuisse narrat, eaque in re *Senatores tantò liberius contentiusq; declamasse, ait, quantò gratiorem Regi fore credebant eam confidentiam, quæ libertatis specie Principis commodis inserviret, simul à culpa Principem absolveret.* Quam non improbaverit Senatorum judicium, ostendit illa ad eorum suggestionem formata exceptio, non quidem appositæ ipsi Publicationi Concilii, quod nihil erat necesse, sed insinuata his quibus executio & observatio Decretorum committebatur, & non Senatores inaniter declamasse, sed ipsum Historicum pigmentis fuciisque Rhetoricis rem incrustasse, tum quæ relata sunt, nuda actorum verba, tum subsecutus eventus demonstravit, quo exceptiones illæ ad hanc usque diem invaluerunt.

7. Quæ verò sint exceptiones & articuli quos publicæ quietis causâ Rex declarat illæsos manere debere, non obstante Synodi Tridentinæ generali promulgatione; ex ipsis Conciliorum regiorum censuris sine dubio petendum est, præsertim ubi in eandem sententiam pleraque conspirant, quæ proinde hic attexere neque abs re, neque sine pretio operæ erit.

Sessione 4. cap. 2. Quæ constituuntur de coercendis per Ordinarios locorum impressoribus & librorum vetitorum Scriptoribus, accipienda sunt, ut plerique observarunt, sine præjudicio Jurisdictionis sæcularis, & Edictorum à Principibus

pibus Belgiis super hac re antea promulgatorum, atque ut Laici à Laicis, Clerici ab Ecclesiasticis judicibus coerceantur.

Sessione 5. cap. 1. Quod statuitur ut præbenda primò vacatura in Ecclesiis insignibus Lectori S. Theol. affecta & deputata esse intelligatur, extendi nequit ad præbendam Jurispatron. Laici, nisi concurrat ipsorum Patronorum consensus. Cognitio verò, coactio & compulsio quæ ibidem tribuitur Judicibus Ecclesiasticis, restringitur ad eorum subditos. Quod verò attinet ad fundationes Principum, Urbium & Vasallorum Regis, ipsi Regi, aut Conciliis Regiis adscribitur cognitio ut ad effectum perducantur. Quæ eodem capite statuta sunt, id Brabantini distinctius, alii in genere suggesserunt.

Sessione 6. cap. 1. Decernitur ut Episcopi non residentes crescente contumaciâ amoveri, & alii in eorum loco à Romano Pontifice substitui possint. Id verò intelligi salvo jure nominationis, aliisque privilegiis S. Majestatis observarunt quidem in particulari: alii generatim jus nominationis Regiæ ubique salvum esse debere monent.

Sessione 7. cap. 14. Statuitur ut Clerici in causis civilibus mercedum, & miserabilium personarum conveniantur coram Locorum Ordinariis tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis; Id notant adversari inveteratis moribus harum Regionum, ubi causæ miserabilium personarum coram Conciliis Provincialibus, & Clericorum de mercedibus, aliæque actiones complures coram judicibus sæcularibus tractari ab antiquo solent.

Ead. Sess. cap. 15. Curent, inquit, *Ordinarii, ut Hospitalia quæcumq; à suis administratoribus quomodolibet exemptis fideliter & diligenter gubernentur.* Hic cuncti annotarunt ab omni ævo administrationem Hospitalium ad Curam Magistratuum pertinuisse, idque esse consentaneum ipsis fundationibus; muta-

tionem hanc fore Populo turbando & avertendo ab agendis huiusmodi piis fundationibus.

Sessione 13. cap. 1. & aliquot sequent. Instruuntur Episcopi quomodo jurisdictione sua utantur in Clericos, eosque coerceant. Id verò omne ita accipiendum monent Consiliarij ut Judices sæculares non turbentur in eo jure & jurisdictione quam hactenus in Clericos exercere sunt soliti.

Eadem Sessione cap. 8. Causæ, inquit, *Episcoporum, cùm pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.* Hic speciatim Brabantini observarunt, hac ratione subditos extra Patriam foro trahendos, quod directo adversatur indulto Summorum Pontificum Leonis & Clementis, & constitutionibus Suæ Majestatis & Illustrissimorum ejus Prædecessorum, qui non sine gravi ac prægnanti causa id concesserunt.

Sessione 14. Prioribus aliquot capitibus, multa de Officio & jurisdictione Ordinarii in Clericos inculcantur, Unde repetitur superior cautio de relinquenda Judicibus laicis cognitione ante hac usitata, & nominatim de Clericis primæ tonsuræ non subtrahendis eorum Imperio.

Ead. Sess. cap. 5. Quæ de Consecratoribus, eorumq; jurisdictione præscribuntur, Notant plerique recipienda non esse, quod ob excessus graves & abusus, conservatoriæ pridem abolitæ essent, eaque de re servandum Principale Edictum Anni 1500.

Ead. Sess. cap. 7. Agitur de gratia & dispensatione interdum ab Ordinario concedenda Clericis, homicidii ab iis cõmissi. Monent verò Brabantini & alii, necessarium præterea esse remissionem Regis, quantum ad bona eorum attinet, idque observatum antehac fuisse.

Ead Sess. cap. 12. & 13. Quæ ad coarctandum jus Patronatus sancita sunt, consentiunt omnes ad Patronos laicos extendi non debere.

Sess.

Sessione 21. c. 4. Datur Episcopis facultas novas Parochias exigendi, & si necesse fuerit compellendi populum ea subministrare quæ sufficiant ad vitam Sacerdotum sustentandam, Communis nota est compulsionem illam populi, & exactionem fieri non posse sine authoritate Regia, neque hanc iurisdictionem Ecclesiasticis iudicibus unquam competiisse.

Ead. Sess. cap. 5. Potestas fit Episcopis ex iustis causis uniones faciendi Ecclesiarum & beneficiorum, sed monent Concilia Regia opus esse Placito Regio, & consensu Patronorũ laicorum.

Ead. Sess. c. 7. Statuitur de instauratione Ecclesiarum collapsarum, translatione beneficiorum etiam Jurispatronatus, & de cogendis Parochianis si deficiant aliæ facultates. Ubi consentienter notant translationes huiusmodi fieri non posse sine consensu Principis, aut Vasallorum Patronorum. In restaurationibus Ecclesiarum servanda esse edicta & consuetudines: denique Populum ad contributiones pro ædificandis Ecclesiis sine authoritate Judicis sæcularis constringi non posse: alii totam hanc authoritatem de Ecclesiis restaurandis aiunt ab antiquo ad Curiam Provincialem pertinuisse.

Eadem Sess. cap. 8. Facultas datur Episcopis Ecclesias omnes, & beneficia, tam sæcularia, quàm Regularia visitandi, & per sequestrationem quoque fructuum curandi, ut quæ restauratione indigent, reficiantur. Observatio est ne his qui exempti sunt præiudicium adferatur; & ne prætextu visitationis lædatur authoritas Principis, Urbium, aut aliorum Vasallorum Regis. Sequestrationem quoque notant nonnulli magis temporalem quam Ecclesiasticam iurisdictionem sapere, & pro veteri usu eam facultatem apud Senatum Provincialem residere.

Sessione 22. cap. 1. Repetitu rcautio adhibita. *Sess. 13. cap. 1. & seqq.*

Ead. Seff. cap. 5. Quod ſtatuitur de cognitione adhibenda in diſpenſationibus cum hac cautione accipiendum eſſe monetur, ne ſubditi hac occaſione extra Provincias ſuas evocentur.

Ead. Seff. cap. 6. Commutationes ultimarum voluntatum committuntur Epiſcopis locorum tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis. Hanc authoritatem negant Concilia unquam in Belgio competiiſſe Judicibus Eccleſiaſticis, Concordata olim ſolenniter inita cum Epiſcopis, cognitionem omnem de teſtamentis limitarunt ad certos articulos, quæ ut diu obſervata ſunt, ita & deinceps obſerventur ratio poſtulat, ut Brabantini annotarunt.

Ead. Seß. cap. 8. Epiſcopi conſtituuntur omnium piarũ diſpoſitionũ, tam in ultima voluntate, quàm inter vivos, executores & viſitatores Hoſpitalium, Collegiorum quorumque, etiam laicorum, niſi ſint ſub immediata Regum protectione. Plerique utrumque articulum à moribus noſtris alienum eſſe, ac non recipiendum monent. Brabanti hic etiã concordatis, quæ de utraque re cum Epiſcopis pepigerunt, inſiſtendum contendunt, in quibus neque Epiſcopi habentur pro Executoribus piarum diſpoſitionum, & Laici adminiſtratores Hoſpitalium, aut aliorum piorum locorum ſuperioribus ſuis fæcularibus ſubjiciuntur, cum quodam tamen temperamento in caſum negligentiæ.

Ead. Seß. cap. 10. Quod dicitur Notarios authoritate Imperiali vel Regia creatos adhuc ab Epiſcopis examinari poſſe. Notant plerique admitti non poſſe illæſa dignitate Regiâ, & omninò obſervandum Caroli V. Cæſaris, de Notariorum creatione conditum Anno 1533.

Ead. Seß. cap. 11. Coërcentur anathemate laici Uſurpatores, detentores, violatores rerum & jurium Eccleſiaſticorum, vel piorum locorum, aut fundationum, & Patroni jure patronatus inſuper privantur. Animadvertunt Concilia laicos.

laicis hiſce de rebus conveniri ſolitos apud Judices ſæculares, & Concilia Provincialia, ibiq; pro modo culpæ coërcendos.

Seſſione 23. cap. 8. Committitur Epiſcopis cura erigendi Seminarij pro inſtitutione adoleſcentum in diſciplinis Eccleſiaſticis, etiam cum incorporatione & applicatione fructuũ beneficiorum juris-patronatus laici, & Hoſpitalium, ac decimarum ſæcularibus competentium, ac deinde quædam præſcribuntur obſervanda in collationibus beneficiorũ, quæ ſcholaſteriæ dicuntur. Monent hic rurſum tangi juspatronatus, decimas laicorum, & fundationes Regias. Brabanti inſuper & Namurani declarant ſcholaſterias in Brabantia communiter ſpectare ad regiam Majeſtatem, aut ad urbes, curam fore hic ut idonei ad munia iſta aſſumantur.

Seßione 24. de reformatione matrimonii, cap. 1. Statuitur valere matrimonia filiorum Familias ſine conſenſu parentũ inita. Cautio eſt ut illæſæ maneant Principum leges clandeſtinè contrahentes filiosfamilias coercentes. Et quod dicitur teſtes puniendos arbitrio Ordinarii, qui adſtiterint contractui matrimonij aliâ formâ celebrati, quam Synodus ibi præſcribit, monent ſic accipiendum ut teſtes Eccleſiaſtici puniantur à judice Eccleſiaſtico, laici à laico.

Ead. Seſſ. cap. 8. Adulteros & concubinarios contumaces excommunicandos, & extra Diœceſes ejiciendos ſtatuitur. Circa hunc articulum uti variant Provinciarum conſuetudines, ita & cenſuræ. Brabantis videtur ſufficere pœna juris Canonici, & contra laicos juris ſcripti, Hannones ad concordata ſua provocant; Namurani laicos à laicis puniendos, Clericos à Judicibus Eccleſiaſticis; Arteſij & Ultrajectini notant ejectionem adulterorum extra oppidum vel Diœceſim ſapere relegationem, quæ non competat in Belgio poteſtati Eccleſiaſticæ; alii indicant præventioni locum eſſe inter judicem Eccleſiaſticum & ſæculaem. In ſumma concordata & conſuetudines vetuſtas prævalere debere quoque in loco.

Seſſ. 24. cap. 1. de reformatione. Præſcribitur forma eligendi Epiſcopos, & proſpiciendi primariis dignitatibus Eccleſiarum. Refricatur à Conſiliariis memoria de jure nominandi quod Regiæ Majeſtati competit.

Ead. Seſſ. cap. 2. Monentur Epiſcopi & Metropolitani ut Synodos ſuas diligenter celebrent, iuxta Statuta Sacrorum Canonum. *Et cap. 3.* ut ſuperiores accuratè Diœceſes ſuas viſitent. Hæres, inquiunt Brabanti, tangunt ſupremam poteſtatem: Quid enim ſi tempore belli externus quiſpiam ſuperior aut ſuſpectus viſitationem velit inſtituere.

Ead. Seſſ. cap. 3. in fine. Excluditur Patronorum officiũ in viſitationibus Eccleſiarum, ornamentorum, bonorum & proventuũ, niſi ex ipſa fundatione id iis competat, & res tota committitur arbitrio Epiſcopi. Iterum hic mentio fit de præiudicio iurispatronatus laici avertendo, & ſufficere patronos in pacifica poſſeſſione eſſe huius iuris, licet ipſas litteras fundationis non proferant fortè deperditas iniuriâ temporis.

Ead. Seſſ. cap. 5. Cauſæ criminales & graviores Epiſcoporum Romano Pontifici reſervantur, niſi neceſſariò extra Romanam Curiam ſint committendæ, quo caſu ſola inſtructio facti committetur Metropolitanis aut Epiſcopis, reſervatâ eidem Sanctiſſimo ſententia definitiva. Ubi Brabantini, Flandri, aliique monent poſſe Regem inhærere veteri iuri & authoritati ſuæ ad conſervandam ſecuritatem, & tranquillitatem Reipublicæ & ſubditorum.

Ead. Seſſ. cap. 18. Quæ ſtatuuntur de concurſu & examine promovendorum ad Eccleſias, dignitates, beneficia. Videndum eſſe aiunt ne præjudicent iuri nominationis Regiæ ad dignitates vel beneficia.

Ead. Seſſ. cap. 19. Abolentur mandata de providendo, gratiæ expectativæ, indulta eo addito ut nec antea conceſſis ulli uti liceat. Non debere comprehendi indulta à Sua Majeſtate

jestate impetrata, aut impetranda censent Concilia Brabantiæ & Flandriæ.

Ead Sess, cap. 20. Generali sermone attribuuntur Ordinariis locorum causæ omnes beneficiales. Hic iterum Cōcilia complura sollicitè suggerunt excipiendas causas beneficiales possessorias, & hanc rē affirmant magni esse ponderis.

Sessione 25 de purgatorio in fine. Quod dicitur testatorum legata pia, à Sacerdotibus & Ecclesiæ ministris præstari & persolvi debere. Videndum ne lædat libertatem aliis Executores deputandi.

Ead. Sess. cap. 3. de Regularibus. Fit licentia Monasteriis & aliis domibus tam virorum quam mulierum, exceptis domibus Capucinorum & Minorum de observantia, deinceps bona immobila possidendi. Id notant Regia concilia non aliter admitt posse quam si ex consensu Principis bona amortisentur. Brabanti addunt si id aliter accipiatur, fore contra articulos inaugurationis seu læti Introitus suæ Provinciæ, quibus custodiendis Regia Majestas jurejurando adstringitur.

Eadem Sess. cap. 4. & sequentibus. Quæ constituuntur contra hactenus receptam regularium, aliorumque Ecclesiasticorum exemptionem, expendenda & excutienda esse.

Ead. Sess. cap. 5. Monentur Episcopi Monasteria Monialium, ne malorum hominum prædæ & aliis facinoribus exponantur, transferre intra urbes & oppida. Negant Concilia id in Belgio ad effectum perduci posse ob sumptus ingentes, aliaque incommoda.

Ead. Sess. cap. 6. Quæ de Electionibus Abbatum, Abbatissarum, aliorumq; Superiorum sanciuntur, notant quatenus adversantur juri Nominationis Regiæ non esse admittenda.

Sessione 12. de Reformatione cap. 3. In clausula etiam laicos constituitur licere Judicibus Ecclesiasticis in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, etiam ante laicos procedere per mulctas pecuniarias piis locis applicandas, per

captio-

captionem pignorum, personarumque districtionem. Uno ore hic reclamatur à cunctis affirmantibus, Ecclesiasticos nunquam usos in Belgio in sententiarum suarum executionibus authoritate mulctandi, vel distringendi personas laicas, aut jure pignorum capiendorum: sed ab omni ævo hoc solis licuisse sæcularibus. Sufficere autem Episcopis, aliisque judicibus Ecclesiasticis quod per implorationem brachii sæcularis decreta sua ad executionem perducere possint: etiam necesse non sit ad censuras prosilire.

Eod cap. Versiculo *Nefas autem sit secularibus, &c.* Magistratibus omnibus severè interdicitur, ne excommunicationes Ecclesiasticæ potestatis impediant, aut iam latas revocari mandent. Hicrursus plerique obloquuntur Judices Regios hac authoritate ab omni memoria in Belgio usos, ut censuras impedire possint, vel ad revocandum cogere Ecclesiasticos, remedio immissionis in eorum temporalia, quando excessus & abusus id postulant. Alioquin tolli è medio cassationis & aliarum provisionum Regiarum, veluti quæ dicuntur *provisions en cas d' abus, voye de fait & autres*, quæ sua consultatione ajunt Brabanti præcipua esse auxilia tuendæ Regiæ dignitatis, & jurium subditorum.

Ead. Sess. cap. 4. Relinquitur arbitrio Episcoporum, Abbatum, &c. ut ob tenuitatem eleemosynarum statuant de numero missarum deinceps celebrandarum uti judicaverint expedire. Visum Conciliis vocandos & audiendos esse Pastores, Magistros Fabricæ, alios q; quorum interesse ex probabili causa poterit.

Ead. Sess. cap. 6. Subjiciuntur Episcopis, etiam quibus privilegia contraria ex ipsis fundationibus competunt. Expendendum dicunt an non juri & authoritati Principis ac Provinciarum id adversetur.

Eadem Sess. cap. 8. Ex eo quod tota cura Hospitalium, & facultas disponendi de eorum proventibus committatur Epi-

Episcopis. Metuendum esse ajunt ne id vergat in diminutionem Hospitalium, & aliarum piarum fundationum.

Ead. Sess. cap. 9. Versiculo *Reliqui Patronatus.* Abrogatur jus Patronatus omne quod ex fundatione vel dotatione quæ authentico documento ostendatur, natum non est, & præscriptio immemorialis (nisi 50. annorum continuatæ præsentationes authenticis scripturis probentur) rejicitur, paucis quibus dam Patronatibus exceptis. Id existimant pleraque Concilia admitti non debere in Patronatibus laicis, ne ius cuiquam quæsitum auferatur, & subditi in antiqua quam habent possessione turbentur. Nimium etiam coarctari probationes, ita restrictas uti Synodus decrevit, præsertim quoad eos qui circa limites Provinciarum incolunt, & hostilibus incursibus expositi documentis antiquis forte spoliati sunt. Probationis modum proinde arbitrio iudicantium rectius relinqui.

Ead. Sess. cap. 10. Quod statuitur designandas esse personas aliquot præter Ordinarium, quibus causæ Ecclesiasticæ in partibus delegandæ committantur. Sic accipiendum monent Brabanti, ne hac occasione subditi extra Patriam evocentur.

Ead. Sess. cap. 12. Præcipitur ut unusquisque decimas quas debet, integrè persolvat, & qui eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Notant Brabanti tractus complures in hac Regione, à decimarum præstatione esse exemptos privilegio aut præscriptione; & nominatim Regiam Majestatem ab hoc onere immunem agere. Deinde non esse hic usitatum censuris vel excommunicationibus cogere reluctantes ad decimarum præstationẽ, quæ nec per canones, nisi pro rebus gravioribus irrogari possunt. Solere hic iure agi contra frustratores decimarum in Conciliis Provincialibus.

Ead. Sess. cap. 20. Monentur omnes Principes Christiani libertatem, immunitatem & iurisdictionem Ecclesiasti-

cam protegere & conſervare. Hic rurſum Brabanti authoritatem & privilegia Regiæ Maieſtatis & Provinciarum ingeminant. Alii id intelligere ſe aiunt exceptis neceſſitatibus, aliisque caſibus iure expreſſis, proque Provinciarum inculpato more ac uſu legitime præſcripto, ſive privilegio confirmato.

Rubrica de recipiendis & obſervandis Decretis Concilii Decernit ſi in recipiendis Decretis Concilii aliqua difficultas exoriatur: aut inciderint quæ declarationem aut definitionem ulteriorem poſtulent, ipſum Pontificem cogniturum & proſpecturum. Brabanti ac Flandri monent periculo plenum fore difficultates omnes Regiæ Maieſtatis & Provincialium committi deciſioni & cenſuræ ſolius Pontificis.

Hæc igitur ſunt illa capita excipua Concilii Tridentini, circa quæ epiſtola Margaretæ Gubernatricis, iuſſu Regis emiſsa, nullam mutationem aut innovationem admitti mandat, generali at ſatis dilucida deſcriptione ibidem expreſſa, *Concernans les regales, droicts, haulteurs & preeminenſes de Sa Maieſté, ſes Vaſſaux. Eſtats & ſubiects; la iurisdiction laicale iusques ores uſitée, le troict du Patronaige lay, droict de nomination, cognoiſſance des cauſes en matiere poſſeſſoire des benefices, & diſmes poſſedées ou pretendües des gens ſeculiers, la ſurintendance iusques ores uſitée par Loix, Magiſtrats & autres gens laïs ſur Hoſpitaux & autres fondarions pieuſes, & autres ſemblables. Au regard deſquels Sa Maieſté entend qu' on ſe conduiſe comme iusques ores a eſté faict, ſans rien changer, &c.*

Hæc non clam aut inter paucos, ſed palam ita geſta & perſcripta ſunt ad Epiſcopos omnes Belgii, Concilia Regia cuiusque Provinciæ, Juridicos & Magiſtratus Vrbium, hoc eſt maximè conſpicuos & publicos cœtus, unde notitia ad Clerum & populum univerſum facile manare potuit, idque in actione celeberrima Cõcilii ſcilicet tam illuſtris receptione: quæ ſine dubio Pontificem Romanum & Miniſtros eius latere non potuit; acquieſcentem proinde & ſilentio diutino cun-

no cuncta comprobantem; de quo minus licet ambigere quod hanc mentem suam satis aperuerit circa publicationē eiusdem Concilii, quam deinde a Gallis exegit; contentus ut Henricus IV. eius nominis Rex exciperet *quæ tranquillitatem Regni eius revera turbare posse viderentur.* Quam fiduciam si habuit Pontifex homini recens ab hæresi expiato, nec prorsus suspicione omni exempto; an dicemus aut diffidisse eum, aut minus permittere voluisse Philippo II. spectatissimæ Religionis Regi, & Fidei Catholicæ propugnatori, tam acri & constanti, ut provincias suas hac de causa eum in discrimen adduxisse, omnes sciant.

Populo his moribus ab omni memoria assueto exemplis tam illustribus domi instructo, tot rationibus & Nationum consensu suffulto, atque adeo adstipulatione ipsius Pontificis munito, qui nunc Bullas quas vis in Acie Campi Floræ promulgatas, pro legibus obtrudi posse volunt sine Placito Principis, sine examine Conciliorum Regiorum: idque Proceribus Romanæ Curiæ blandiloquentiâ suâ confidenter inculcant: eos ego neque probos cives esse aio, quod præsentem Reipublicæ statum, & res benè compositas conturbent, neque bonos Romanis Consiliarios, suggerentes consilia in præsens speciosa, eventu turbita & effectu cassa futura.

Bene (a) Cicero: *Maiorum instituta tueri sapientis est.*
Et (b) Aristoteles: *Patrios mores convellere ubiq; gentium nefarium habetur.*

(a) Lib. 2. de divinat.
(b) In Rhetor. ad Alexand.

FINIS.

Sphalmaca Typographica, quæ vel operarum incuria irrepsêre vel in priori exemplari jam ante extitera nt, pro tua dexteritate ipse corriges, ignarus quum non exactè omnia fieri possint, præsertim si rei attendere illis non licet, quibus ea curæ maximè est. Notavi tamen, simul ac libellum relegere datum, curtim non pauca, quorum ea, quæ crassiora videbantur, emendata Tibi exhibere, cum aliter non liceat, hic volui.

In Tractatu igitur Priori contra Evocationem & Peregrina Judicia.

Pag.3. in med. Pro In consultanda sententia. lege in consultando sententia. pag. 4. lin. 8. à fin. pro demandumq; leg. damnandumq;. p. 5. lin. ult. pro Scientis l. Schedis. p. 6. lin. 3 pro si l. seu. pag. 9. lin. 4. pro Maiorem l. Maiorum. & p. voset l. vocetur. lin. 6. pro ire lege vi. p. 10. lin. 2 pro Decessorem l. Prædecessorum. lin. 8 pro quum l. quem. lin. 9. Brabantia pro Brabantiarum p. 10. pro Flandre l. Flandri lin. 16. pro constanti l. constantia. p. 10. lin. 16. pro serius l. secius. p. 12. lin. 22. pro sto l. so. p. 13. lin. 19. pro Ideo leg. Adeo. p. 15. lin. 27. pro mandemus l. mandamus. p. 16. lin. 8. pro submissa l. submissas lin. antepen. pro SINE RE l. SINERE. p. 19 lin. 24. pro inferrentur l inferrent ea. p. 25 lin. 23. p causam l causa. p. 26. lin. 24. pro eandem l. etiam. lin. 29. pro consuetudinis l. consuetudine. p. 27. lin. 25. pro abs l. ex. p. 31. lin. 27. pro levitasque l. lenitasque p. 32. lin. 18. pro plauit l. placuit. p. 39 lin. 12. pro secuti l. seculi. p. 41. l. n, 1. pro Omam l. Romam. p. 46. lin. ult. pro quia l. quid. p. 47. lin. ult. pro admittunt l. non admittunt. p. 51. lin. 23. pro Consiliarius l. Consiliarii. p. 52 lin. 10. pro impertinendum l. impertiendam. lin. 28 pro Hispania l. Historia. p. 54. lin. 6. pro publico avertenda l. publico auxilio avertenda & lin. 26. pro retractione l. retractatione. p. 58. lin. 1. pro confidentur l. confidenter. & lin. 13. pro coninti l. lermiti.

In Tractatu posteriore de Bullarum Receptione.

Pag. 5. à fin pro existit l. exigit. p. 7. lin 4. à fin. pro dicam l. etiam. p. 8. lin. 3. pro ratione l. rationis. p. 9. lin. penult pro Latarensi l. Lateranensi p. 10. l. 24. pro vevillant l. voulans p. 11. lin. 1. pro besoing l. il besoing. & lin. 4. post metre adde En deuexecution selon la qualite· p. 12. lin. 26. pro ferret l. fervet & post amplificanda adde adscribenda p. 13. lin. 14. pro impedimentum l. impediendum. p. 27. lin. 8. pro Souverany l. Souuerains & lin. 19. pro agent l· ayent p. 29. lin. 6. à fin. pro audeat l. audiat. p. 30. lin 8. à fin. pro Beuseio l. Conseio. & lin 6. à fin. pro periviccio l. praiudicio. p. 49. lin. 21. pro Principum l. principem. p. 48. lin. 6 pro pravum l. prauia p. 49. lin. 17. pro perfuncteria l. perfunctoria. p. 50. lin. 17. pro ad Pontificam l. sed Pontificum. p. 54. lin. 3. à fin. pro imponere l. interponere. p. 58. lin. 23. pro modi l. modos. p. 59. p. 10. pro qui l. quid. & lin. 11. pro discreparet l. discreparat.

Reliqua, quæ infinita erant, adiicere omnia supersedeo ne nimia copia turbet & Tuo iudicio ego plusculum diffidere videar.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0168
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79175782X/phys_0172
DFG

ut impetranda censent Concilia Braban-

o. Generali sermone attribuuntur Or-
uſæ omnes beneficiales. Hic iterum Cō-
citè ſuggerunt excipiendas cauſas benefi-
& hanc rē affirmant magni eſſe ponderis.
urgatorio in fine. Quod dicitur teſtatorum
dotibus & Eccleſiæ miniſtris præſtari &
idendum ne lædat libertatem alios Exe-

de Regularibus. Fit licentia Monaſteriis &
irorum quam mulierum, exceptis domi-
& Minorum de obſervantia, deinceps bo-
endi. Id notant Regia concilia non aliter
ſi ex conſenſu Principis bona amortiſen-
unt ſi id aliter accipiatur, fore contra arti-
is ſeu læti Introitus ſuæ Provinciæ, qui-
egia Majeſtas jurejurando adſtringitur.
ap. 4. & ſequentibus. Quæ conſtituuntur
ceptam regularium, aliorumque Eccleſia-
nem, expendenda & excutienda eſſe.
. Monentur Epiſcopi Monaſteria Monia-
rominum prædæ & aliis facinoribus expo-
intra urbes & oppida. Negant Concilia
ctum perduci poſſe ob ſumptus ingentes,
la.
. Quæ de Electionibus Abbatum, Abba-
Superiorum ſanciuntur, notant quatenus
ominationis Regiæ non eſſe admittenda.
Reformatione cap. 3. In clauſula etiam laicos
Judicibus Eccleſiaſticis in cauſis civilibus
ſticum pertinentibus, etiam ante laicos
ctas pecuniarias piis locis applicandas, per

captio-